# I n d e x   o r d i n a t o r u m

per Isaacum Abrahamidem Hrochotium, Nicolaum Fidicinis, Andream Diossy, Basilium Fabry, Nicolaum Martini, Danielem Dubravium et M.Martinum Tarnotzium inclytorum cottuum Posoniensis, Nittriensis et Barsiensis superintendentes ordinibus sacris initiatorum ab 1610 ad an.1670.

In membrana libri anteriori, extus hoc tersa manu rev.Isaaci Abrahamidis scripta leguntur:

Matricula ordinatorum Baymocii per me Isaacum Abrahamidem a Hrochottj et cet. superattendentem cottuum Pos., Nittrien.et Barsien. et cet.

Num.VIII.

In eadem pergamena anteriori, ab intus sequentia scripta habentur, manu M.Martini Tarnoczy:

Anno 1663. Turcae cum Tartarorum chano partes Hungariae inferiores devastarunt et aliquot millia hominum in captivitatem abduxerunt.

Ao 1664 et 1665. Duo cometae apparuerunt, unus sub finem anni 1664, alter sub initium anni 1665.

Ao 1666. Magna siccitas fuit, quae vernales fruges majori ex parte sustulit.

Filia nata Dea liberta aequa mala.

Ordo superattendentium.

| | |
|---|---|
| Isaacus Abrahamides Hrochotius | vixit annis 11. |
| Nicolaus Fidicinis | vixit annis 3. |
| Andreas Diosy | 3.maji ao 1626 electus in sptdtem, placide in Xsto obdormivit 6.apr.a.1627 nocturno tpre inter 10 et 9 horam. |
| Basilius Fabri | ao 1628 dnica Vocem jucunditatis, seu Rogationum electus et confirmatus sptdens pie ac placide in servatore suo unico Jesu Chro obdormivit 8.nov.inter 2 et 3 horam antelucanam ao 1630. |
| Nicolaus Martini | electus et confirmatus ao 1631 2.apr., denatus ao 1640 |
| Daniel Dubravius | electus ao 1641 3.jun., confirmatus 9.jul., denatus ao 1655 d.7.febr. intra 1 et 2 noctis horam. |
| M.Martinus Tarnoczy | electus et confirmatus in suptdtem ao 1656 d.29. martii, ordinavit VDMros usq an.1670, ut in fine libri adparet, adeoq ad tpora decennali persecutionis. |

Optima mixti malis, pessima mixta bonis.   Romae.
Omnia cum liceant, non licet esse pium.   Cluv.

1.

Ego Andreas Kehÿer Hajensis legitimo natus thoro parentum inhabitan tium pagum Hay intra ambitum cottus Thuroczliensis positum,patre vdlt Johannem Kehÿer,matre vo Charitate Kmet. Posteaquaos pueritiae attigissem,erudiendus honestis studiis et moribus rndo dno Georgio Homolovino,rectori scholae Hay quo duce assecutus sum notitiam litterarum. Post quadriennium usus sum disciplina rndi ac doctissi viri d.Alexandri Szoczovini quondam moderatoris scholae Galgocziensis anni unius spatio. Tum /alios silentio involvo/ 14 annum vitae ingressus subjeci me ferulae rndi dni Matthaei Zarkoczy rectoris scholae Trenchinien,ubi concoctis molestiis annorum trium cum trimestri,quia discessit ipse,discessi et recepi me ad cl.d.M.Casparem Cholium,docentem in schola Banovicensi: eo rursum discedente redii Trenchinium,sub ferulam hum.d.Nicolai Kalinka. Duobus annis cedentibus adscriptus sum albo discentium sanctae memoriae hum.et doct.d.Pauli Mali rectoris scholae Galgoczien,cujus disciplina mors invida unico tantum ao uti passa est. Hujus post obitum ibidem docente h. dno Nicolao Fidicinis Bajmoczensis biennio venatus sum studia honesta. In limine 24 anni aetatis meae positus reipubl.Veteris Galgocz precibus et necessitate pertractus accipio onus notarii publici spatio unius anni. Hinc evocor scholae Rosembergensis in collegam,biennioq cum trimestri absoluto legitime a r.dno Joanne Fabricio,concionatore Galgoczensi totaq repub. evocor in diaconum. Vocaoi honestae et legitimae morem gerens per impositionem manuum rndi et doctiss.viri dni Isaaci Abrahamidis superattendentis,dni Jacobi Spiegleri senioris contubernii Bajmoczien,d. Alexandri Szoczovini decani et notarii,d.Michalis Petri decani,d.Valentini Czechij et d.Georgii Badinensis in eccla Bajmoczien ordinatus sum in ministrum ecclae d.14.nov.anni 1610. Aeternus Deus,qui me elegit et in alvo materna in ministrum ecclae consecravit,faciat me vas et organum salutare ecclae suae: dnos vero rndos et clarissos cum aliis quoq doctoribus orthodoxis,immo universo grege fidelium tueatur ab omnibus insultibus inimicorum visibilium et invisibilium. Rem ita se habere hac syngrapho mea testor Idem qui supra.

2.

Ego Laurentius Sartorius civis Bajmoczensis testor hac syngrapha, patre Valentino Sartore,matre Anna Hradszky legitime progenitus,in pueritia mea per eosdem ad pedes r.ac doct.viri d.Matthiae Hranicza,tunc rectoris Bajmoczen erudiendus et in elementis informandus traditus sum et per eundem diligenter in literis et moribus per quadriennium informatus,cui Bajmoczen scholae valedicenti successit pceptor rnd.d.Johannes Matthaei,sub cujus disciplina per biennium sum commoratus. Hinc Berzevicium,quod est in Scepusio,profectus hum.d.Abrahami Czalveinii Briznobanen disciplina per sexennium sum usus. Inde Varalii ad arcem Scepusien sub hum.d.Jacobo Schwarcz per annum cum semestri in studio literar sum versatus,quo relicto in patriam redii et cupiditate Germanici sermonis captus Teutopronam petii,ibiq industria hum.d.Engelhardi Schisteri cum literis tyrocinia sermonis germanici sum assecutus,atq annis duobus cum bimestri ibi continuatis Prividiae colophonem studior additurus disciplinae hum.et doct.viri Balthasaris Demiani piae recordaois me commisi,unde post biennium Zolnam ad Vagum me ad hum.d.Seraphinum N. etiam piae recordaois contuli,ubi mense evoluto per rnd.d.Matthiam Hranicza praetactum in regimen scholae Sambokrethen sum vocatus,ubi triennio exacto legitime a gen.d.Thoma Sambokrethy et subditis ejus evocor ad s.ministerium in ecclam Vitkoviensem. Vocaoi legitimae et honestae morem gerens per impositionem manuum rndiss.et doctiss.viri d.Isaaci Abrahamides sptdtis,d. Jacobi Spieglerii senioris contub.Bajmocz.,d.Alexandri Szoczovini decani et notarii,d.Michaelis Petri decani,d.Valentini Czechii et d.Georgii Badinensis in eccla Bajmocen ordinatus sum in ministr.ecclae 10.Calend. Febr. ao dni 1611. Deus qui bonum in me per graam suam est operatus, confirmet idem in laudem ac gloriam nnis sui,tandem quoq in salutem multor: rndiss.item at claris.dnum sptdtem cum rndis et clmis collegis suis faciat bonum certamen certare,feliciter cursum consummare,felicissimeq tandem in coelesti patria triumphare. Amen. Idem qui supra.

3.

Ego Johannes Picae Szeniczen ingenue fateor me honestis parentibus procreatum ee in eadem Szenicze,patre Martino Straka Moravo,matre autem Cunegunda de Zlin. Per eos ad informaoem literar traditus sum clmo viro d.Johanni Balthasaridi Liptoviensi,sub cujus ferula pueritae aos consumsi Post ab eodem remissus sum Trenchinium ad clariss.viros dnum Zachar.Sommerum et d.Eliam Bergerum,sub quor ferula mansi plus biennio. Tempore am discessus praefati viri d.Eliae cum eodem Brodam Hgror veni et integre 3 annos mansi. Evoluto pauco tpre per r.dnum Joh.Pettkovitch Croatam,eccleasiastem Holichensem ad regimen scholae evocatus sum,ubi quinquennio exacto legitime in cittem Hododinam /!/,quae est dominii Illyeshazy ad eandem functionem veni. Post tunc ex eadem ad sacros.mrium in ecclam Drnoviczen in Moravia sitam avocor,vocaoi legitimae morem gerens,per impositionem manuum r.ac doct.viri d.Isaaci Abrahamidis sptdtis Bejmoczen et ipsius collegar et decanor laudatissimi contubernii ordini ecclico sum initiatus.
Jesus Chrus filius aeterni Patris,qui me ex misericordia sua in verbi divini propalatorem ecclae suae delegit,faciat et confirmet me,ut sim organum salutare ecclae suae. Dnos vero doctos et clarissos viros cum universo grege fidelium ab oibus insultibus sathanae tueri dignetur. Actum 27.mar.ao MDCXI. Idem qui supra.
/In senio,apostata,janitor domus aeppalis Tyrnaviae ponendus. Nota M.Martini Tarnóczy./

4.

Ego Mich.Schwer,naone Pannonius,patria Dylnensis ao D.1584 Dylnae /quae una ex montanis inferioris Pannoniae/ genitoribus et parentibus dulcissimis,patre r.et cl.viro d.Alberto Schwer Nienburgense Saxone,ecclae gnicae Neosolien propastore,matre vo Regina,Michaelis Gilgij,concivis Dylnensis filia procreatus,Ujvarini seu in Novis Arcibus honeste educatus, prima rei lrariae elementa ibidem addidici,usus pceptore industrio viro dno Christoph.Foelckelio. Comarhinum primo oium emissus annum unum lris incubui sub ferula viri doctissi d.Balthasaris Marci, inde Cremniczium deductus annum quoq unum navando operam lris consumsi. Ex scholis patriis parente optimo sic volente scholas et regiones exteras invisere coactus sum: Mezisicii primum sub ferula cl.viri d.M.Joannis Ursini quadriennium integrum confeci,inde revocatus in patriam Galgoczii pceptore doct.viro dno Paulo Malo p.m.usus sum,sic suadente genitore charisso. Tandem ubi ad finem adolescentiae me pervenisse sentiret parens optimus,non sine magnis sumptibus aucupandae majoris eruditionis graa in academiam Jenensem me ablegavit,ubi nomen meum pro more academico apud virum excell.d.Virgilium Pingizer J.U.D. et rectorem acad.magcum professus annum unum exegi. Deficientibus sumptibus,quos et loci et studior rao exigebat maxime varios, domum redii,Deoq cumprimis et iis,qui reipub.Neosolien tum tpris clavum gerebant,ita volentibus offo collegae in tertia classe fungi coactus sum. Exacto semestri et mensibus aliquot praestantioris potius habens raoem charissus meus genitor animi adhuc magis exercendi etm coeptor studior cum fructu ampliore continuandor graa ad illustrem quoq academiam Vittebergensem sumtibus necessariis instructum ablegavit. Quo cum per Dei graam salvus et incolumis ductore et comite clmo et excell.viro mathematico doctore Melchiore Jöstelio mathes.prof.publ.appeterem,de more solito academico in album studiosor ascitus sum rectore tum tpris magnificentisso principe illrimo etc.dno ac dno Augusto duce Sax.etc.,prorectore vo magn. viro d.Daniele Sennerto,med.doct.et prof.publ. Pceptoribus inter et praeter ceteros utens fidelissis rndis,clmis et excellmis dd.Georgio Mylio /ho en tois hagiois/,Leonhardo Huttero,Wolfgango Franzo,Friderico Balduino. Ex academia per parentem optimum revocatus,aliquantisper inter privatos parietes vivens,publico munere scholastico me fungi voluit Deus Pronae Germanor primum,deinde eam in Valle Dominica,ubi utrinq juventutem scholasticam honestis moribus,liberalibus artibus,inprimis vo pietate erga Deum et hnes erudiendo,illic quidem aos 3,hic vo annum unum consumsi. Cumq principe pastorum Chro sic clementer annuente per media ordinaria ex pulvere scholastico ad ss.ministerium ecclicum a coetu gnico incl.reip. Thyrnavien legitime vocarer,divinamq vocaoem agnoscerem,ultro citroq ei morem gerens,suscipiendor s.ordinum graa illico me contuli Bajmocium,ubi

eam ritu aplico et eglico per manuum impositionem et pias preces per
adm.rnd.et cl.virum d.Isaacum Abrahamidem sptdtem eglicum,d.Jac.Spieglemmm
rum ven.contub.seniorem,d.Albertum Schwer genitorem longe suavissum,d.
---------Mich.Petri,d.Valent.Czechium,contub.illius seniores spectatismmmm.
simos,d.Valentinum Landmannum,d.Georg.Bary,d.Georgium Badiny in tplo.
arcensi in mrum ecclae sum ordinatus d.21.aug.ao christogonias 1611.

Aeterni patris aeternus filius per ss.aeternum bonum opus,quod in me operatus est,confirmare clementer dignetur,ut militando bonam militiam retineam fidem et bonam conscientiam et tandem ex hac militante,cum oibus electis et fidelibus omnm vineae dnicae cooperariis in coelestem illam triumphantem ecclam colligi et transferri queam Amen. Idem qui supra.

5.

Ego Achatius Tindelius naoe Pannonius,patria Cremniczien testor me honesto et incontaminato thoro progenitum,patre nimirum d.Petro Tindelio,reg.mattis camerae Cremnicz.officinae monetariae aureae praefecto,matre Regina,egregii d.Johannis Nautaleri filia. Hi pii parentes perspecto ingenio meo,ad studia nonnihil apto studiis me diearunt totum. In patria pueritiae aos sub ferula cl.viri d.M.Nicolai Geppii,doctoris Salomonis Weymanni,Joannis Sturmii et Casparis Leporiny consumsi. Hinc,ubi me ex ephebis excessisse parentes honorandi perspectum habuissent,uberioris ingenii exercitaois graa Vratislaviam transmiserunt ubi per biennium clmis pceptoribus usus,nimir cl.dno M.Joanne ab Hockkeshoffenn et Davide Remisio. Hinc suasu dni parentis aliorumq dnor patronor Iglaviam profectus,ubi non minus,quam alibi,non tam diligentes,quam fidelissos et doctissos Dei graa nactus pceptores,scil.clmos dnos magistros d.Joan.Geor.Ficklerum et d.Paulum Austerlicerum. Porro ubi me principia thlica et fundamenta pietatis pietatis quodammodo assecutum fuisse fidelissi hi pceptores animadvertissent,eor consilio et auxilio Vittebergam appuli,ubi ppter penuriam sumtuum vix per semestre,quod deplorandum,sub pceptoribus excellmis,quos nominare haud opus ee reor,commorari licuit. Hinc patriam petii,spe fretus firmissa me stipendio senatus patrii promotum iri: hac spe frustratus quorund praestantissor promotor promotione ad functionem scholasticam Teutopronam promovebar,ibi tantum 20 septimanas exegi designatus siquidem d. rector,cujus substitutus eram,Vitteberga redierat. Exinde per aliquod tporis intervallum inter parietes,seu privatim in patria vivens privata mea habebam,praelegendo logicam practicam in schola patria,rectore t.t. destituta exercitia. Hinc Deo volente per media ordinaria legitime ad ss.mrium ecclicum Grinaviam vocatus,vocaoem ubi cognovissem legitimam,ultro citroq eidem morem gerere ut debui,ita volui. Suscipiendor idcirco s.ordinum graa Bajmoczinum me contuli,ubi eam ritu aplico et eglico per manuum imposioem et pias preces rndi atq clmi viri dni Isaaci Abrahamidis sptdtis eglici,d.Jac.Spiegeleri v.cont.senioris,d. Mich.Petri,d.Valent.Landmanni et Georg.Badiny in tplo publice in mrum ecclae sum ordinatus d.2.oct.an.1611. Patris aeterni aeternus filius per ss.aeternum bonum opus,quod in me operatus est,confirmare clementer dignetur,puritatem doctrinae usq ad finem vitae mihi concedat,virtutes pastorem publicum decentes ex me non aliter,quam equo Trojano catervatim prodire faciat,ut in hac tremula mundi senecta militem bonam militiam,tandemq vitae aeternae immarcessibilem coronam reportem,laetissimamq Xsti vocem audire queam: Euge! serve bone et fidelis,super pauca fuisti fidelis etc. intra in gaudium Domini tui! Amen.

6.

Ego Daniel Clytropoei Teuto-Lipchen ea qua magna soleo intentione fateor me legitimo et candenti thoro progenitum,patre viro prudenti ac circumsp.Gregorio Seratoris cive Teutolipch.,matre Dorothea ibidem procreata,filia pannificis. Hi omnimode in id oem suam navavere operam,ut non tantum haec ipsor generao suum habeat in hac luce locum,,at augmentum suscipiat per informatores et praesides aetatis alios. Primum traditus disciplinae vivae per vivum parentem Joanni Matthaei scholiarchae,domesticus domestico,viro utriusq linguae perito. Postmodum

ad pedes, ut ait Script.s. Gamalielis Georgii Seratoris patrui mei candidissimi, mri ecclae Xsti Lietaviensis, cujus commendaoe perductus fueram ad manus dni Matthiae Lochmanni, pro tpre scholiarchae Zolnensis industrii. Hic termino aliquo studior fundamentalium finito ad Emer. Joannicium Thurocziensem, ubi susceptis aliquibus flosculis pietatis, morum et doctrinae appuli Trenchinium ad hum. d. Nicol. Kalinka. Loco eo triennio exacto et ibidem beneficio paedagogico apud gen. d. Nic. Bogády suscepto, Neopolium inferius legitime vocatus et examinatus realiter offo rectoris perfuncturus appuli et juventutem majoris et minoris conditionis ea qua fieri potuit dexteritate non edocui, sed docui. Inde divina annuente graa, mediantibus personis authenticis ad munus ecclicum per cl. et adm. r. dmum Alexan. Szoczovinum, praepos. ecclae Ujhelien et patronos nobiles, circumspectos et plebejos loci ejusdem vocatus adjunxi voluntatem et post hanc animi promptitudinem integram. Haec voao mediata. quia nudis verbis fieri n potuit, accessit pia mentis mediatio, orao et manuum impositio clmi et adm. r. dni Isaaci Abrahamidis sptdtis nri cumprimis ut honorandi, ita colendi, item r. d. senioris Spiegeleri, decani Mich. Petri, aliorum, Valentini Landmanni et Georg. Badini. Horum post Deum animi candida intentione ordinatus sum indignus pastor et min. ecclae Dei, Bajmocii publice in eccla d. 2. oct. anni 1611. Quod auspicium, ut utriq parti, docenti et docendae felix et salutare sit, integra mentis et animi promptitudine opto. Pater ingenitus cum filio nato et ss. nec genitus, nec natus, at ab utroq procedens, adsint sua graa. Amen. Gratias agimus tibi dne Deus omnipotens, qui es, qui eras et qui venturus es, quia cepisti nos in virtutem et ministerium tuum et regnasti super nos - Apoc. 2. v. 17, verbis paululum mutatis. I. q. s.

7.

Ego Marcus Glosius Stubnen., legitimo thoro parentum patre vdlt Andrea Glosio, matre vo Susanna Hajensi procreatus, postq nonum aetatis meae annum vidissem, cura et sedulitate pdictor parentum scholis et scholar rectoribus, imprimis vo rndo d. piae memoriae Georgio Homolovino erudiendus, commendatus sum. Triennio apud ipsum exacto, Cremniczium ad Salomonem Weimannum ediscendi gnici sermonis graa suasu et jussu parentum me contuli. Hinc evoluto biennio ob uberiorem mercatum studior Lipchae Alemannor ad Simonem quendam Basilii appuli, unde ao cum dimidio transumto ob psentiam hajdonum et nequitiam eor minus tute Solnam ad d. Seraph. Wilhelm, jam ex hac valle lachrumar in coelestem patriam evocatum veni. Nec longe post ob discessum ejus Solna matur Eperiesinum ad cl. juxta ac doctiss. virum d. Melch. Rohačžium remis velisq - ut ajunt - properavi. Veniens plus quinquennio studiis sedulo ac diligenter invigilando consumsi, partim scholae beneficior munere vitam et studia mea sustentando, partim aliis, utpote cantura templi slavonici, paedagogia gen. dni Balthasaris Horváth gaudendo. Tandem a gen. dna Doroth. Doczy et auditoribus ecclae Hermanensi mediate et legitime in pfatam ecclam Herman. evocatus, divinae et eor vocaoi parui, veniensq Bajmocium per impositionem manuum cl. et rnd. viror dni Isaaci Abrahae p. t. sptdtis dignissi, d. Jac. Spiegleri pastoris Teutopronen. nec non senioris cont. Bajmocz. honorandi, d. Mich. Petri decani, d. Valent. Czechii, d. Georg. Sartorii. d. Georg. Badini indignus in dignum ecclam mrum ordinatus sum d. 11. dec. anni 1611. Jesus Xstus aeternus Dei filius faciat me vas miseicordiae ad usus ipsi bene placentes et mihi atq ecclae salutares. Vos autem viros clmos. vos viros adm. rndos conservet prospere quam diutissime Amen. Idem qui supra.

8.

Ego Jacobus Sartorius Chrenovinus, candide et ingenue profiteor me lecto parentum honesto et legitimo in mundi hujus proditum usuras, patre quidem Petro Sartore, matre vero Dorothea Nigri, utroq pio et composito. Hi adhuc alvo materna foetum inclusum, si masculus prodiret, tanqm suae generaois praemium sacris aris et choris consecrarunt et deputarunt, quibus votum fraudi non fuit, sed eventus optatis respondit. Nam cum ex ephebis excedens contingerem pueritiae aos, septennis trador in scholam patriam primis erudiendus elementis, viris rectoribus hum. ac doct. dno Joanni Pannitonsoris Pehsdiensi et dno Georg. Paricis Žernoviensi, quor apud

posteriorem semina catechetica et initia poëticae versificaois hausi. Hinc politior factus induxi in animum etiam alias dalutare provinci-as,ubi pceptores diversos,diversis in locis et annis tres /ut ceteros consulto ptermittam/ clarae,sanae et vulgatae eruditionis possedi,puta hum.et eruditum virum Dan.Cornidem Belae ultra Tyropolim ad flumen Poprad in Scepusio,ao 1598,hum.et doctiss.virum Alexan.Szoczovinum Galgoczii a.1599,hum.,eruditissum et laboriosissum,cujus abitum non sine ingenti dolore musae defleverunt,beatae et piae recordaois Paul.Malum,virum undecunq et undiquaq commendatissum,idq ais 1601,1602 et 1603. Inde defectu amictus urgente cessi Ujvarinum inter Hgros,ubi apud rectorem calvinisticum Samaraeum Ioannem annum immorans logices mediocrem discursum sum consecutus. Post ad defectionem a viris calvinisticis solicitatus redeo in patriam; ex patria evocor Prividiam in collegatum a.1608. Hoc in munere vix evoluto trimestri evocor rursus in oppum Oszlan ad gubernandam provinciam scholasticam,cui dum non sine fructu et laude praeesse,ob praemia ingratitudinis,quae industrios concomitant,tandem valedixi,Bajmocziumq vocatus ab adm.r.et cl.viro d.Isaaco Abrahamida Hrochotio, dno supdte doctisso,eidem gubernando clavo lrario me adstrinxi ao 1610.calend.nov. Hic vix figo pedem et incipio peragere munia fidelisse,nescio an aëris intemperie,vel quovis alio casu corruptus incido in morbum: ex morbo necdum satis eluctatus ob discessum antecessoris diaconi Georgii Badini in successorem designor et deligor,idq publice per rnd.d.patrem in coetu ecclae. Sicut autem ceteri oes,ita ego etiam examine de capitibus fidei praemisso,opera et studio jam ter geminati dni sptdtis patris mei venerandi Isaaci Abrahamidae Hrochotii,r.dni Jac.Spiegeleri Teutopron pastoris et senior.tract.Bajmocz,dni Mich.Petri et d.Valent.Czechii decanor,d.Geor. Sartorii patrui et avunculi mei et d.Geor.Badini per ritum impositionis manuum ad tam augustum angustus,ad tam nobile ignobilis mrium sum ordinatus,anni christogonias 1611 d.11.dec. Clementissus ille totius universitatis parens,qui me veluti Mosen balbutientem in salutare organon sui eglii praeficere dignum judicavit,faxit mihi vires et robur,ut quantum in me est,pascam gregem Christi,curam illius agens non coacte,sed volens,non turpiter assectans lucrum,sed propenso animo,sic,ut sim exemplar gregis: et cum venerit archipoimenos ille,reportem immarcessibilem gloriae coronam 1 Petr.5. Amen.

9.

Ego Johannes Sartorius Chrenovinus confiteor ingenue et secundum conscientiam,me legitimo thoro parentum proditum ee istis auris, patre vdlt Emer.Sartore,matre vero Barbara Nigri,ex utroq bene morato et honestisso. Hi dum me idoneum et ingeniosum indicassent sacris aris et choris me dedicaverunt: primum quidem in patria a dno rndo Geor.Sartoris,patruo faventisso,mihi elementa studior hausi. Post contuli me Martinopolium in cottum Thuroczien ad Mart.Szlukovinum,apud quem plus qm biennium agens graecae linguae initia coepi. Tandem Leutschoviam profectus cl.dno M.Geor.Millio recoquens me dedi,hinc Eperiesini cl.ac doctiss.viro d.magro et poëtae laureato Bocatio,viro insigni artibus excolens ingenium majoribus exhibui. Inde novissime rediens Galgoczium ad adm.r.et integritate thlica pstantissum virum d.Alexan.Szoczovinum descendi,apud quem triennio continuo manens evocatus sum Szoložniczium ad gubernandam provinciam scholasticam,ubi in hoc pulvere scholastico cum pube juvencula per 12 aos laboravi ita urgente necessitate magis invitus,qm sponte mea ductus,ceu quondam Moses et aplus Paulus extrusus in messem Dni in pagum Zerdahel ad rippam fluminis Vagi situm,idq studio et industria magis adm.rndi et doctiss.viri Joannis Fabricii pastoris Galgoczien zelantissimi,relegatus Bajmocium ad a.r.et cl.virum Isaacum Abrahamidem Hrochotium praepositum Bajmoczien et sptdtem ad inauthorandum,ubi sacris per impositionem manuum initiatus solenniter per eundem et ceteros quq dnos collegas,puta r.d.Jac.Spieglerum Teutopron.past.et sen.ven.cont.Bajmoczen,d.Mich.Petri et Valent.Czechium decanos,Paulum item Szaladinum,concionatorem Prividiensem 8.die apr.,quae incidit in dnicam Ju-

dica ao christogonias 1612 docentis munus aggressus sum Dno cooperante. Augustissus ille regni sui provisor Deus et pater Dni nri J.Chri, cujus est extrudere operarios in vineam suam, faciat me vas misericordiae electum, ut fideliter et non fraudulenter opus Dni faciens spartam mihi contributam ornare queam, quam probe negotiatus vocem illam omni encomio dignam audire queam: Euge! serve bone etc. Vestras item adm.rnd.dign. diu salvas et incolumes conservatas ex animo cupio, quod ut salutare sit faxit ssa et individua Trias! Amen. I.q.s.

10.

Ego Nicol.Michaëlis legitimo thoro parentum natus, patre vdlt Michaële Michalcza, matre Dorothea Kabasska, filia quond hum.d.rectoris Toth-Pronen. Fideliter educatus, precibus piis instructus scholae Apponensi, cui pfuit Joan.Rossa, majoris pietatis et scientiae graa erudiendus traditus sum, ubi initium lrarum feliciter attigi: inde pergo in Chrenovecz, sub ferulam hum.d.Trizna, continuos duos aos cum semestri fideliter cum in pietate et moribus decentibus, tum eam in lris profectum non postremum sensi. Post transeo albos montes et ppter notitiam veteranam mansi apud hum.d.rect. Szolosnicz Joannem Sartorem Chrenovien in oppo Szolocz, ubi eam diligentiorem operam in lris honestis navando peregi 2 aos: inde amore idiomatis hgrici ductus in Hgriam profectus Samariam veni ad hum.d.Lucam Coriarium Szenczensem, ubi annum cum semestri exegi, sed quia diabolo sper exosissa fuit religionis veritas, per papicolas, organa sathanae ejecti una cum rectore fuimus. Inde in Moraviam pergo Hunnobrodam ad h.d.Steph.Motesiczky, apud quem annum exegi: illo discedente Lipniczium ad regimen scholae, patriam visitare in animo constitui. Quo veniens ppter bellicos tumultus repetere iter meum non poteram, sed diutius detentus, per gen.dd.Apponenses et oes incolas, simul a r.d.Jac. Hornjk, ut /memor illius Ciceronis: non nobis ipsis natos nos ee, sed eam aliis/ regimen scholae suscepi, in quo fideliter biennium peregi, sed revera expertus Salvatoris nri illud: Nemo propheta in patria sua morem gerens vocaoi r.d.Matthiae Hlusticii offum rectoratus Bajmae suscepi et continuum quinquennium cum molestiis maximis constanter peregi. Hinc ex pulvere scholastico ad ss.mrium ecclicum per gen.dnos d.Thomam Zambokrethy, alias Bossaný et Geor.Samolý patronos ecclae Vitkoczen in eundem pagum Vittkócz legitime vocatus sum. Cui velut divinae nec potui, nec debui refragari, itaq Bajmoczium veniens per a.r.et cl.d.Isaacum sptdtem trium cottuum inauthoraoem ecclici muneris d.8.apr.solenniter in eccla publice suscepi per imposioem manuum ejusd et ceteror collegar ejus, puta Jac.Spiegeleri senioris ejusd contub., Mich.Petrii Prividien ecclesiastis Chrenovien, contub.decani, Valent.Czechii ecclesiastis Helenovien, alterius decani, item Pauli Szaladini ecclesiastis Prividien et Jacobi Sartorii, ppositurae Bajmoczien diaconi. Clementissus Deus, qui me in alvo matris segregavit et ad sui filii munera obeunda destinavit, largiatur hoc ipsum mihi, ut per me veluti organon salutare ecclam colligere velit et suo ss.Spru mihi adesse, ut ex mera misericordia dignus efficiar audire hoc: Euge serve bone etc. Idem qui supra.

11.

Ego Matthias Novák Sebedrajen /!/ legitimo thoro parentum natus, inhabitantium pagum Sebedráj, patre vdlt Mich.Novák, matre vo Margar.Magijr. Postq aos pueritiae attigissem, cura parentum traditus sum erudiendus honestis studiis et moribus r.dno Matthiae Lochmanno rectori scholae Prividien. Post aos 7 usus sum disciplina r.et doct.viri M.Pauli Lentii moderatoris scholae Schemnicz. Assecutus linguae gnicae notitiam, ut exteras quoq regiones vidissem, in Transylvaniam me contuli, ad orthodoxos et vere pios Saxones Cibinium: rediens inde honestisso testimonio ornatus per ampliss.virum d.Albertum Hutterum judicem regium subjeci me disciplinae egr.d.Nicolai Kalinka rectoris scholae Trenchin, ubi concoctis molestiis aor 5 evocor ad regimen scholae Beczkó. Quatuor cum dimidio ais evolutis offertur mihi legitima vocao Galgoczium ad mrium ecclicum nne diaconi obeundum. Veniens itaq Bajmoczium ignobilis ad tam nobile offum ordinor ritu decenti et legitimo per r.d.Isaacum Abrahamidem sptdtem, d.Jac.Spieglerum seniorem ven.cont., d.Mich.Petri decanum,

d.Valent.Czechium,d.Paul.Zaladinum,d.Eliam Fabricii ao 1612. Pater ------ ingenitus cum filio nato et Sprus s. nec genitus,nec natus, ast ab utroq procedens adsint sua graa! I.q.s.

12.

Stephanus Schemeckerus Schemniczien,ecclae aulicae et praesidii gnici in arce Leva concionator. /Haec scripsit ipse sptdens M. Isaacus Abrahamides in margine/.

13.

Ego Casparus Caprini Jaszenovien legitimo parentum thoro natus patre Matthaeo Czapko seu Caprini,matre Anna Mracskovicz Jablonovien ad oppum Predmir. Educatus ab iisdem fideliter et honeste,in scholam Rajeczen missus,ibidem prima rei lrariae elementa didici, usus pceptore d.Franc.Bobalio: inde Csejtam per fratrem ductus biennium et ultra sub ferula d.Joan.Zachariadis et successoris ejus d.Danielis Visipii exegi. Deinde Bitscham acceptus feliciter triennium sub dno /ho en tois hagiois/ Valent.Plateano,inde Trenchinii triennium quoq sub d.Geor.Soputzio et successore ejus Matthaeo Zorkoczio, post Beszterczium ad Vagum a fratre charisso Melchiore Caprini acceptus sub illo biennium navando operam lris consumsi. Ex patriis scholis Deo et genitoribus sic volentibus scholas et regiones exteras visitare debui: Pragae primum ad divi Galli aedem sub ferula d.Geor.Gutteni bis denos consumsi in studiis menses,inde acceptus in Hgriam superiorem Gönzinum vdlt graa sermonis et studiorum missus,ubi ~~eam ter senos sub fera~~ usus sum pceptore d.Mich. Sepsij. Inde Cassoviam,ubi eam ter senos,sub ferula d.Alexan,Szoczovini exegi menses;instructus mediocriter lingua hgrica Schemniczium me contuli et triennium sub d.Matthia Polio in studiis tractandis consumsi: unde eam Vittebergam promotus,ibi primum in album studiosor sum ascitus rectore tum tpris magn.viro d.Dan.Sennerto Med.D. et p.p.pceptorib usus excell.atq spectatissis viris d.Leonhardo Huttero,Frid.Balduino,Volfgango Franzo,Joh.Förstero doctoribus ss.theol.,M.Jac.Martini,M.Lauren.Fabricio hebr.linguae p.p. Ex academia veniens ad munus /favente sic divina clementia/ ecclicum a Schischoviensium eccla sum vocatus: divinamq vocaoem agnoscens ultro citroq ei morem gessi;suscipiendor itaq sacr.ordinum graa illico me recepi Bajmoczium et s.chirotesia ornatus in tplo cittensi 10.febr.1613 per adm.r.et cl.virum d.Isaacum Abraham.H. sptdtem eglicum,d.Jac.Spieglerum ven.cont.sen.,d.Mich.Petri,d.Valent.Landmannum cont.illius decanos spectatissos,d.Isaacum Alitis, d.Laurent.Sartorium. Deus trinus et unus hoc bonum opus,quod in me operatus est,confirmet,ut militem bonam militiam,retinendo fidem et bonam conscientiam et post hanc miseram vitam cum oib fidelibus in coelis gaudeam. Amen. I.q.s.

14.

Thomas Mokossinus magni illius viri Leonarti Mokossini filius Ujhelien ecclae diaconus 1613 junii 16 ord.

15.

Matthias Sartorius ludirector et civis Csajten vocatus ad diaconatum ecclae et ppositurae Ujhelien ad fl.Vagum ordinatus est per me Ujhelini ao 1613 ultima dom.ss.Trin.,quae fuit 24.nov.

16.

Georg.Vancso Žambokreten naoe seu patria,scholae Prividien rector,vocatus ad pastoratum ecclae patriae ordinatus est Bajmoczii per me ipsa dnica 1.Adv. ao 1613.

17.

Ego Jac.Holy Prividien legitimo thoro parentum natus,patre qd Steph.Holy,matre am Susanna,filia quond prov.Joan.Czunko,utroq Prividien. Postq aos pueritiae attigissem,a parentib piis scholis dedicatus,prima lrar fundamenta jeci Prividiae sub r.et cl.viro d. Matthia Lochmanno Novisolien:magisterio ejus usus aliquot ais. Hu-

jus successores habui ibid Prividiae d.Matth.Radda Bohemum,Mich.Petri Prividiens.,Nic.Mazikium Belussenum,Ladisl.Schramko Bobotensem,oes humanissos et eruditionis laude divites et plenos viros dnos pceptores mos fidelisso,charissos. Quor cura et diligentia,ubi per aos aliquot fideliter et feliciter fuissem informatus Prividiae,solvi demum et concessi Belam Scepusior ad r.et cl.virum d.Dan.Cornidem Prividien,sub cujus, itidem institutoe consumto feliciter ao cum semestri redii in patriam, ubi aliqdiu commoratus apud parentes,tum ad Hgros me contuli,apud quos cum Debreczini exiguum qd consumerem tpus,Transylvaniam versus dirigentem gressus,hajdonum tum in partibus illis frequentium violentia et praedatio terga dare patriam versus me adegit. Ubi cum Cassoviam jam seminudus appropinquarem,in pago sic dicto Velete gen.piae m.d.Nic.Bornemisza leskeos de Csernek,data mihi prius eleemosina,suscepit me in paedagogum fratris sui,apud quem biennio exacto in paedagogia,profectus sum in notarium ejusd dni. Quo offo cum partim apud ipsum dnum,partim eo defuncto apud dnam gen.viduam ipsius biennium exegissem,mutavi locum et contuli me ad alium dnum gen.d.Nicol.Possay.tricesimatorem s.c.mattis Homonensem apud quem anni unius spao exacto.vocatus sum ad d.gen.Joan.Lonyay,cui notarii et simul paedagogi nne ao.unico data opera promotus sum cum filio ipsius Bartpham,ubi quadriennio consumto,dni pceptoris mei et alior bonor viror consiliis victus valedixi dno illi et Bartphae senioris inauguratus sum offo. Cui offo cum aliqmdiu praeessem ,Boczam evocatus ad offum rectoris annum cum trimestri ibidem exegi: illicq vocatus Bajmocium per .r.d.sptdtem Isaacum Hrochotium,patrem meum charissum annum itidem cum quadrimestri exegi: post evocatus per gen.ac magn.d.Joan.Bakossium ad gubernacula ecclae Osgyanen,vocaoi legitimae dum morem gessi,a dicto a.r.d.patre meo charisso ritu solenni per imposioem manuum ad offum tam augustum ordinatus et praefectus sum Bajmoczii,psentib dnis rr. d.Jac.Spieglero Teutopronen seniore,d.Mich.Petri Chrenovien primario decano,Valent.Czechio Hellenovien altero decano,Valent.Landmanno Coschenen et Paulo Zaladino Prividien ecclae pastoribus. Dnus Deus opus hoc,quod operatus est in me,confirmet a templo scto suo. Dnaoes.vo vras adm.rndas conservet diu salvas in incolumes ad gloriam nnis sui ssimi. Amen.

18.

Ao Dni MDCXIIII.febr.2.ordinatus est per me Christoph.Polsterus Saxo,ecclae.gnicae Modrensis diaconus.in tplo Teutopronensi.

19.

Ordinatus est per me Raphaël Kozákius,viri rndi.deq ecclliis bene meriti senis Andreae Kozákii pastoris ecclae Hlinicżen filius,qui per magnif.dnam Lipsei vocabatur legitime ad munus docendi in thermis Sklenenses. Dnica XXII.Trinit. oct.26.

20.

Ego Steph.Bölczhasius Zadelensis ex cottu Liptov ingenue fateor me legitimo thoro,patre vdlt Bölczhasio Joanne et matre Margaretha Matyasovszky nobilibus progenitum. Postq aos.pueritiae attigissem 10,cura parentum traditus sum erudiendus honestis studiis et moribus rnd.cond Zachariae Cerdonis rectori scholae Szielniczen in cottu Liptov,quo duce assecutus sum notitiam lrarum. Triennio post evoluto usus sum disciplina doctiss.cond viri Mich.Chalupkii ludimoderatoris Beato-Mariani in eod cottu,qui me diligenter in lris et moribus instruxit. Valedicens vo scholae B.Virginis et profectus ad regimen scholae Galgoczien secum me assumsit,ibi ao continuato in studiis Bitscham me contuli ad r.d.Mart.Intybum: hoc pceptore usus sum biennio integro.Exinde studior et addiscendae linguae gnicae Novocomium in Scepusium,ibid usus sum pceptore r.d. Jac.Mollero Cremniciensi per unius anni spatium: tandem eo evocato ad munus ecclicum abscessi Olassium,ubi similiter pceptorem habui hum.et doctiss.virum d.Casp.Steynerum,nunc cantorem Leutschovien,cujus disciplina ultra annum sum usus. Dehinc me contuli Gölniczium ad industrium et bene doctum virum d.Kilianum Kaczvinklerum,qui me fideliter ut in artib, sic eam in lingua gnica circiter annum instruxit. Inde Eperiesinum ad cl.virum M.et poëtam laur.d.Joan.Bocatium veni,sub cujus disciplina

quinquennio absoluto Berzeviczium disciplinae doctiss.viri d.Abrah.M Czebanii me tradidi,eo in loco 3 aos in lris et studiis humaniorib continuavi,ubi tertio ao evoluto cum pfato d.Abrahamo Vittebergam,colophonem studior additurus me in socium adjunxi: ubi pceptoribus adm. r.et clariss.viris cond Aegidio Hunnio et Salamone Gesnero ss.th.doct. usus per semestre Berzovicium redii,ibiq denuo tribus annis evolutis Cremnicium ad d.cond Casp.Leporinum ludirectorem perveni. Inde post annum ad regimen scholae Hellenovien legitime sum vocatus,cui dum 4 menses meam locarem operam,ad regimen scholae B.Mariensis in Liptov evocor. Ao ibi continuato Hellenoviam revocor,ubi ais 3 cum dimidio evolutis Kunischoviensibus ad regimen scholae me legitime vocantibus annuo,ibiq cum ais 2 juventuti scholasticae pro virili praeessem,divina sic disponente providentia ad munia ecclica obeunda mediante legitima vocaoe per d.nobiles Draveczenses in Scepusium sum evocatus. Cui vocaoi ultro citroq morem gerens,suscipiendor sacror ordinum graa Bajmocium me contuli,ubi ritu aplico et eglico per manuum impooem et pias preces per r.et adm.cl.virum d.Isaacum Abrahamidem sptdtem eglicum d.Jac.Spieglerum v.cont.seniorem,r.d.Mich.Petri,r.d.Valent.Czechium cont.illius seniores spectatissos,r.d.Valent.Landmannum item r.d.Laurent.Sartorium diaconum ecclae ejusd in mrum Xsti sum ordinatus d.3. aug.ao Dni 1614. Rector supremus hujus ursitatis Xstus Jesus,qui pro beneplacito dirigit vias hnum,quiq me indignum in salutare organon sui eglii praeficere dignum judicavit,concedat ut cum dies illa tremenda oibus illuxerit,ne atrum calculum merear,sed potius recondar et reponar cum oibus Xsti fidelib in horreum laetitiae,in quo sunt fruges veri gaudii,d.rndos una cum rndisso clarissoq viro d.sptdte nro tanqm fideles argonautas suos devehat ad portum vitae beatae. Amen. Amen. I.q.s. mpria.

21.

Dnica 3.Adventus d.14.dec.ordinibus s. solenniter initiatus p me est Laurent.Pelargus,rector scholae Oszlanen,vocatus ad munus docendi legitime per eos,quor interest,in ecclam Nagy-Kosztolanensem ditionis spect.et magnif.dni Stephani Török.

22.

Dnica Oculi quae fuit 22.mar.anni 1615 ordinibus s. initiatus est in tplo et eccla Teutopronen honestus et doctus juvenis Bartolomaeus Ullicius Saxo,vocatus ad mrium ecclicum in ecclam Kepcsinensem /Kicze/ a spect.et magn.d.Steph.Liszthio.

23.

Dnica 13.Trin. quae fuit 13.sept.ai 1615 ordinatus est in tplo Bajmoczen honestus et eruditus vir Andr.Nicolai,vocatus ex rectoratu Kürthensi ad diaconatum ecclae Galgocziensis.

24.,25.

Dnica 19.Trin.d.28.oct.ordines s.acceperunt duo eruditi et honesti viri,np Paul.Fabricius,rector scholae Divékensis,patria Cremniczien,vocatus ad pastoratum ecclae Lelovien et Elias Strangus Tyropolitanus,rector schola Visoviczensi in Moravia ad diaconatum Visovien.

26.

Post 2dam Adv.dni dnicam,ao 1616 d.8.dec. ordines s.accepit eruditus vir Samuel Schalkovinus,hactenus rector scholae Superius Almas,vocatus ad pastoratum ecclae Sctae Crucis ad Levam.

27.

Dnica Laetare,quae dies 13.martii,s.ordinibus initiatus est pius et eruditus vir Elias Burgelius,hactenus apud Vinarienses /ditionis reip.Posonien/ ludirector,vocatus ad ss.mrium a repub.et eccla S. Georgii,successitq ibidem in locum rnd.Andreae Zubor seu Oravszky bohemici coetus pastoris.

28.,29.

Mense majo die 19. s.ordinibus initiatim sunt duo honesti et pii viri: Simeon Jacobaei, hactenus rector Kamenicensis et Joan.Pažiczky hactenus rector scholae Blessovicen, ille ad regimen ecclae Fenö-Kosztolanen, iste ad pastoratum ecclae Paczolajensis vocatus legitime.

30.

Ipso die Bartholomaei d.24.aug. s.ordines accepit honestus et eruditus juvenis Gregor.Putniades Regiomontanus, vocatus ad pastoratum S.Crucis ad arcem Levam, qui hactenus est rectoratus /!/ scholae.

31.,32.

Januarii 10.die ao dni 1617 s.ordinibus initiati sunt duo honesti pii et eruditi viri in tplo Ujheliensi ad Vagum fluvium: Mich.Sartorius hactenus scholae Ujhelien rector et Matthias Kassiny, hactenus scholae Csajthensis rector, ille ad mrium seu diaconatum ecclae Ujhelien, iste ad mrium seu diaconatum ecclae Galgoczensis, vocatus et missus legitime.

33.

Ipso die Jacobi apli qui fuit 25.jul. ordines s.accepit honestus et humaniss.vir Mich.Zoldrichius Ždanensis, hactenus ludi lrarii Ždanen rector, vocatus ad mrium ecclae Feoneo-Kosztolanen, quod est ditionis Hrussoviensis.

34.

Ipso die Bartholomaei, quae fuit 24.aug. ordinibus s.initiatus est Teutopronae honestus et eruditus vir Bartholomaeus Donatus Boleslaviensis Silesius, hactenus in Racsdorf ludirector, vocatus legitime ad munus docendi in ecclam Pruckensem, sitam in insula Schütta.

35.

17.dnica s.Trin., quae fuit 17.sept. /?/ ordinibus s.initiatus est Teutopronae honestus et doctiss.vir M.Joannes Schreinerus Buchanensis Austriacus, hactenus Znoymensis ludi lrarii conrector etc. vocatus legitime et honorifice ad munus docendi in ecclam gnorum aug.conf., quae mm Xsto in rea liberaq urbe Tyrnavia per verbum et sacramenta colligitur.

36.

Ipso die apli Matthiae qui fuit 24.febr. s.ordinibus initiatus est honestus et hum.vir Steph.Zokolovský alias Horváth, vocatus ad mrium ecclae Rattnoczen. /NB. in margine: an.1618/

37.

Dnica 7.Trin.dies fuit 29 jul. sacris initiatus est pius et eruditus vir Jonas Fabri Solchanensis, hactenus ludirector oppidi Piesthensis, vocatus ad mrium ecclae Zavarensis, promotore eam Joanne Fabricio pastore Galgoczense seniore.

38.

Dnica 1.adv.fuit 2.dec. sacros accepit ordines doctus, pius et honestus vir Mich.Vagnerus Alsó-Ždanensis, hactenus ludirector Žernovien, vocatus ad munus aulici concionatoris ab illustri, spbli ac magn.d.Petro de Rewa, comite cottus Thurocz in arcem Holicsensem.

39.

Martinus Syttarius Dobronensis, patriae scholae hactenus rector, vir eruditus et honestus vocatus legitime ad diaconatum ecclae Divéken, s.ordinibus inauguratus est Bajmocii 28.men, junii ao 1619.

40.

Martinus Sinapius Beczkovien, hactenus scholae Hunnobroden prorector et cantor, vir doctus et honestus, vocatus legitime ad diaconatum ecclae Sztrážnicen in Moravia s.ordines accepit Bajmoczii 7.die junii ao 1619.

41.

Mich.Mocz Žarnovien,ejusd scholae rector,vir eruditus et bene moratus,vocatus legitime ad diaconatum ecclae Žarnovicen.s.ordinibus est initiatus Bajmoczii ipso die Margarethae,quae fuit 13.dies men.julii 1619.

42.

Stephanus Georgii Praschinenus,hactenus Diwecen ludirector,legitime ad diaconatum ecclae Diveken vocatus,s.ordinibus Bajmocii est initiatus,ipso die decollatis Joan.Bapt.,quae fuit aug.29. ao 1619.

43. ~~Joachimus Rhinovius~~

Joachimus Rhinovius Marchicus,hactenus scholae Hellenovien rector,legitime vocatus ad mrium ecclicum Kopernicium /seu Littam Germanicam ditionis S.Crucis/ solenni ritu imposiois manuum ordinatus est ipso die OO.SS. et qd in tplo Teutopronensi,cujus mrio benedicat princeps pastorum Xstus. Amen.

44.

Eruditus et honestus adolescens Mart.Rheinhardus,Hala Saxonum oriundus, scholae Bitschensis et tandem Eperiesinae alumnus,legitime evocatus ad mrium ecclicum in ecclam Neyhajensem supra Hellenoviam,ordinibus s.initiatus est Bajmocii ipso die eppi et equitis hgrici Martini,cujus mrio adsit suo spru Xstus.

45.,46.

Honesti et eruditi viri Dan.Alberti Mitschinensis,hactenus Kovarien scholae moderator et Franc.Sartorius Novisolien,hactenus scholae Csižiczen rector ad munus docendi,ille in ecclam Ujhelinam ejusq diaconatum,hic vo ad gubernacula Hostiensis legitime vocati,hic Bajmocii s.ordinibus sunt inaugurati ao 1619 ipso die Thomae apli,quae fuit 21.dec.

47.

Eruditus et honestus vir Isaacus Architectus hactenus ludirector apud Samarianos in insula Schütta s.ordinibus hic Bajmocii initiatus est a.1620 2.apr

48.

Vir doctiss.et hon.humaniss.d.Petrus Reichardus Misnicus,hactenus ludirector in Samaria,quae sita est in Austria ultra Danubium ad Altenburg dicta in montibus,ordines s. accepit hic Bajmoczii ipsa dnica Judica,quae fuit apr.5. Stetit in examine eximie.

49.

Honestus et eruditus vir Steph.Clementis Bohunicenus,legitime vocatus ad mrium ecclae hactenus papisticae Spacinensis s.ordines accepit in arce et sacello Zeredien,vocaoe ibidem /sed in tplo oppidano/ ordinati sptdtis hungarici viri rndi d.Tobiae Brunsvikii concionatoris Hgrorum apud Galgoczienses ipsa dnica Misericordias Dni.

50.

Dnica Cantate quae fuit men.maji 18. suscepit ordines s.Bajmocii eruditus et honestus vir Joan.Dvorszky Prividien,legitimam nactus vocaoem in pagum Felső-Atrak.

51.

Ipso die visitacis Mariae quae fuit 2.jul. s.ordines accepit hic Bajmocii honestus et probus vir Joannes Schlebovszky,hactenus ludirector Markotensis,vocatus legitime ad mrium ecclae Fenő-Kösztolanen ditionis Hrussovien. Simplex qd et non singulari eruditione ornatus erat bonus iste vir; quia tamen auditoribus placebant mores ejus et aug.confessionis orthodoxia,maluimus hunc illis praeficere simpliciter pium,quam papistam et sacrificulum idololatram,qui,nisi hunc ordinassemus,illis a magra impio et pontificio vi obtrudendus erat.

52.

Honestus et eruditus vir Joan.Kokavinus Briznobanyen,hactenus ludi lrarii apud Hunnobroden rector,per adm.r.virum d.Joan.Fabricium ecclae Galgoczien pastorem et vicinar seniorem et per integratum populumq Galgoczen evocatus ad mrium seu diaconatum hic Bajmocii accepit s.ordines 10.die sept.ao 1620.

53.

Honestus et modestus vir Geor.Stephanides Lutilensis,hactenus ludirector S.Antonii ad Schemnicium,vocatus legitime ad mrium ecclae Cselovien,suscepit s.ordines per impooem manumm aplicar hic Bajmocii ao 1620 sept.20.

54.

Eruditus et hnissus Raphaël Parlaginus ludirector Ujhelien,ad mrium diaconatus ecclae Galgoczen evocatus est,hic am Bajmocii sacros ut vocant ordines accepit 1.dec.1620.

55.

Honestus et eruditus vir Joan.Neckelius Freyvaldensis,hactenus scholae Gajdlensis rector,vocatus ad mrium ecclae germanicae Slavorum Pronam ac s.ordinibus initiatus est 1.dec.ao 1620.

56.

Hum.et erud.vir M.Joan.Hainricher Cramburgo-Carniolanus,rector antehac scholae Modren,vocatus ad mrium gnicae ecclae Samariensis et s. ordinibus initiatus est 27.mar.1621.

57.

Hon.et erud.vir Jac.Strbanius Hajnicen,hactenus rector scholae Markoten,vocatus ad mrium in ecclam Kosmaloviensem ad Granum et hic Bajmocii ordinatus est 27.mar.1621.

58.

Hon.et erud.vir Thomas Szalay hactenus rector scholae Szent-Mihalien in cottu Thurocz,vocatus ad diaconatum in ecclam Prividiensem hic Bajmocii est ordinatus 22.apr.ao Dni 1621.

59.

Hon.et erud.vir d.Joan.Leonhardi Jaloviensis,hactenus in Schemniczien schola cantor et oeconomus,vocatus ad mrium ecclae D.Petri in cottu Neograd,hic Bajmocii est ordinatus 16.junii ao Dni 1621.

60.

Hnissus et ornatissumus vir Mich.Orlichius Hajnicenus,hactenus slavicus cantor in l.regq m.citte Krembnicensi,vocatus ad mrium ecclae Nagy Szlatinen ad castrum Ugrocz hic Bajmocii ordinatus est 29.jul.1621.

61. vö. 5.III. 8.123!

Hniss.et doctiss.vir Nicol.Fidicinis Bajmoczien hactenus rector scholae Galgoczien,vocatus ad mrium ejusd Galgocien ecclae ac Bajmocii in psentia adm.rnd.et clmor.viror Joan.Hodikii ecclae Bitschen et Melch. Rohács Briznobanen ministror et certor cottuum Cis-Danubianor superattendentium,statim altero die post funeraoem adm.r.dni Isaaci Abrahae Hrochotii per eosd dnos sptdtes die et loco praetacto,qui fuit 6.sept.solenniter est ordinatus a.D.1621.

His desiit superintendentia clmi doctissi excellentissi,multaq rerum experientia politissimi viri,d.Isaaci Abrahamidae Hrochotii felicissimae recordaois,cujus exuviae depositae sunt in tplo ppositurae Bajmoczien,cum spe futurae resurrectionis.

Successit in offo eodem a.r.et cl.vir Nicol.Fidicinis Bajmoczien,antehac minister ecclae Galgoczien,ibidem Galgoczii 16.oct.an.1622 solenniter inauguratus et simul eam confirmatus. Sub cujus regimine et inspectione ordinati sunt mri ecclar isti qui sequuntur.

1.

Ego Johan.Csernay Liptovien,promoone et commendaoe illmi comitis d.d.Stanislai Thurzo de Bethlenfalva,regni Hung.palatini,filior suor pceptor,legitime ordinatus sum ad ecclam Chrenovien per a.r.et cl.virum d.Nicol.Fidicinis sptdtem cottuum Nittrien,Barsien et Posonien meritissum d.dec.22.anni 1622 . Galgoczii die et ao supra praefatis.

2.

Hnissus et ornatiss.vir Andr.Szaladinus Dubnicenus,hactenus scholae Mijavien rector,vocatus ad mrium ecclae Krajnen ad Csajtham hic Bajmocii ordinatus est 27.jan.1623 per a.r.et cl.virum d.Nic. Fidicinis,pastorem et ppositum Bajmocien,cottuumq Nittrien,Poson et Barsien sptdentem nec non per a.r.d.Jac.Spieglerum ecclae Teutopron past.et cont.ecclici in districtu Bajmoc seniorem,d.Basil.Fabry Prividien,Valent.Czechium Hellenov.p.n.ecclar pastores et pfati contub. decanos,Paulum item Lovcsani ejusd v.cont.notarium et Laurent.Sartorium ecclae Bajmocien diaconum,quibus Deus bene faciat. Amen.

3.

Ego Andr.Fabricius Žernovien fateor per conscientiam,me legitime ad mrium diaconatus ecclae Galgocen evocatum fuisse,idq Zeredino,ubi per integrum annum perfunctus sum offo rectoratus,hicq Galgoczii in magno tplo sacris initiatum ee per a.r.et cl.virum d.Nic. Fidicinis,pastorem et ppos.Bajmocien dignissum,cottuumq Nittr.,Pos. et Bars.sptdtem vigilantissum,nec non per r.et cl.d.Andream Diosi eccl.Galgoc.antistitem et v.cont.ejusd seniorem dignissum,d.Basil. Fabry ecclae Prividien concionatorem,d.Valent.Czechium Hellenovien ecclae pastorem et pfati v.cont.decanum 5.jul.1623.

4.

Ego Mart.Hankonius junior legitime vocatus a magn.d,Seyfrido a Kolonitsch lib.barone ad ecclam Majoris Levár,capitaneo caes.mattis bellico et consil.etc. et ordinatus per cl.et a.r.virum d.Nicol. Fidicinis sptdtem cottum Nittr.,Bars.et Poson.dignissimum ao Christi 1623 die 25.aug. Bajmocii ao jam supra scripto.

5.

Ego Joh.Krchenius Žarnovien fateor me legitime vocatum ee ad mrium s. in pagos Rudna,Woznicza et Brehÿ per viros ejusd,idq Žarnoviae et ordinatum per cl.et a.r.virum d.Nic.Fidicinis sptdentem cottuum Nittr.,Bars.et Poson fidelissum et dignissum 28.aug.1623 Baymocii

6.

Ego Andr.Zachaei Crosnen Silesius fateor me legitime vocatum ee in ecclam Capronicensem ab incolis ejusd pagi et ordinatum ee per cl.d.sptdtem Nic.Fidicinis et d.seniorem cum vrandis viris,dnis decanis Bajmocii d.1.nov.1623.

7.

Ego Tob.Kromholtz fateor me legitimam vocaoem accepisse a parochia et eccla Hostensi ad mrium,ordinaoemq accepisse a cl.d.sptdente Nic.Fidicinis,d.seniore,rndq viris d.decanis Bajmocii d.4.mar.1624

8.

Ego Steph.Czapran fateor me legitime adcepisse vocaoem a patronis Balthasaro et Francisco Žambokretty,tum eam a parochianis illor subditis Vitkoczensibus et ordinatum a cl.d.sptdente Nic.Fidicinis Bajmocii in psentia et confirmaoe rndor decanor 4.mar.an.1624.

9.

Ego Sam.Barthossoviçz mea ista inscriptione fateor me honestis parentibus,utp patre viro rnd.et pstantisso Andr.Barthossoviczio pastore pro nunc Veterosolien,matre vo Catharina natum ee,qui corporis et animae meae curam habentes autores post Deum mihi extitere,ut scholas regni istius Hgriae optimas salutando doctrinam sanam,pietatem, timoremq Dei imbibissem. Quos eam spes et expectao de me concepta non fefellit: judicio enim et profectu in artibus humanioribus accrescente,academiam celeberrimam Vittebergensem,promooe et sumptibus illmi ac pientissi cond comitis d.d.Georg.Thurzonis,palatini r. Hgriae meritissi salutare,cursumq studior meor continuare mihi contigit. Unde reversus suasu et consilio magni illius cond theologi et

de eccla Xsti bene meriti viri d.Isaaci Abrahamidae sptdetis dignissi m regimen scholae Prividien legitime mihi oblatum suscepi,illudq qua fieri potuit fidelitate,auxilio divino suffultus 7 ais et 3 semestribus sustinui. Hinc ad regimen ecclae slavicae Neosolien ab incl.et celeber. reipubl.ejusd loci vocatus et s.ordinibus per viros clmos et undiquaq doctissos,utp d.Nic.Fidicinis,pastorem ppositumq Bajmocz,nec non cott. Nittr.Bars.et Pos.sptdtem meritissum,d.Jac.Spieglerum pastorem Teutopron. et seniorem distr.Bajmocz gravissum,d.Basil.Fabri past.Prividien,d.Val.Czechium past.Hellenov. decanos,d.Paul.Lovcsani past.Brezen. et not.distr.Bajmocz fidelem et d.Joan.Czernagium mrum eccl.Chrenov. industrium initiatus,pottem sincere praedicandi verbum et administrandi legitime sacramenta accepi. Ac proinde promitto Deo aeterno Patri, Filio et Sprui Sto,me Deo juvante fideliter servitur ee ecclae in docendo verbo Dei,sine ullis corruptelis et constanter defensur ee symbola Aplicum,Nicenum et Athanasianum et perseveratur ee in consensu doctrinae comprehensae in Aug.conf.ao 1530 imperatori Carolo V.exhibita et latius explicata in ejusd confessionis apologia,arlis Smalcaldicis,catechismis Lutheri et Libro Concordiae ao 1580 publicato,quibus scriptis oibus menu mea et corde subscribo. Ita me Deus adjuvet. Scriptum Bajmocii 12.maji 1624.

10.

Gryposyle est lux prima mihi: Pomerania mammam
et vitae et Sophiae mater,utramque dedit.
Lipsica me docuit leges academia vitae
inseruitq artes musica turba virum.
At Bajmocensis selecta corona synedrij
ecce! ministerii munia rite dedit.

Ao 1624.d.8.jul. Joachimus Reich p.laureat. Gryphisvalda Pomeran.

11.

Ego Joh.Simonidae Rajecenus,parentibus honestis natus et legitime ad mrium ecclicum in ecclam Feno-Kosztolan et Lehotam vocatus,hic Bajmocii per clmos viros d.sptdtem Nic.Fidicinis,d.seniorem et dnos ejusd decanos die 8.aug.1624 sum ordinatus.

12.

Ego Joh.Hankonius Dobronen,fateor me legitime vocatum ad regendam ecclam et rite administranda sacramenta juxta instituoem Xsti Altopratensem et hic Bajmocii oer r.et cl.viros d.sptdtem Nic.Fidicinis et d.decanos ordinatum 9.sept.1624.

13.

Ego Andr.Žittkius Rajecenus fateor hac subscriptione me honestis parentib,utp. viro r.et cl.dno Mich.Žittkio,matre vero Cath.Fabricii honeste progenitum,in pietate probisq morib educatum,studiis lrarum a teneris deditum et post consumatum studior scholasticor cursum legitime communib suffragiis ad praedicaoem verbi divini et administraoem sacramentor in eccla Velicsensi in cooperarii locum evocatum,tum quoq Bajmocii per exc.virum d.sptdtem Nic.Fidicinis,aliosq d.decanos et ven.mrii fratres per impositionem manuum ordinatum 2.dec.1624.

14.

Joh.Matthaei Baynen,rect.scholae ibid,communib suffragiis legitime in mrum ecclae Baynen vocatus,ordinibus s.initiatus Bajmocii per adm.r.et cl.d.sptdtem Nic.Fidicinis,clarissosq decanos 14.jan.1625.

15.

Ego Jac.Domaniženus fateor me legitime vocatum ad gubernandam ecclam et rite administranda sacramenta secundum instituoem Xsti Jesu per amplissum lib.regq cittis montanae Schemniczien senatum Vihnensem ac sic Bajmocii per rdos,doctissos et clmos viros,d.sptdtem Nic.Fidicinis atq d.decanos et ven.ministerii ejusd cottus fratres per impositionem manuum ordinatum ao MDCXXV.die 4.mar.

16.

Ego Joh.Danielis Gerlachien Scepusius fateor hacce inscriptione mea,me legitime vocatum ee ab eccla Koschensium ad docendum ss.eglium de Jesu Xsto,riteq administranda sacramenta ss. juxta mandatum et institutoem Xsti,ordinatum vero ee a rndo clmo juxtaq doctisso viro d. Nic.Fidicinis,psentibus r.dnis decanis Bajmocii 13.mar.a.C.1625.

NB. Hic ao 1653 Szakolcza,ubi gnicae ecclae inserviit,in Moraviam temere egressus Brunam captibus abductus nescitur quo fato occubuit.

Hic desiit superintendentia cl.ac doctissi viri d.Nicolai Fidicinis,qui ao 1625 mense aprili pie in Dno obiit,cujus memoria sit in sempiterna benedictione. Amen!

Ao 1626 d.3.maji electus est in superintendentem cottuum Nitrien,Posonien,Barsien cl.vir Andreas Diosi ecclae Galgoczien concionator primarius,ac ven.cont.senior in tplo Prividiensi et solenniter inauguratus ac confirmatus per cl.d.Joannem Hodikium,Liptovien,Trenchinien et Arvensis cottuum superintendentem et per cl.d.Petrum Sextium superintendentem cottuum Solien,Thuroczen,Honthen,Gömörien.

1.

Ego Elias Senis,Balthasaris Senis filius,patria Ocsovinus fateor me legitime vocatum per cl.virum d.Nic.Barossium,ven.consistorii Csajten seniorem,oesq decanos ibid ad pure docendum verbum Dei et recte administranda sacramenta,pro diacono ecclae Verbovien et Stražen. Initiatus sum s.ordinib in Beles per adm.r.et cl.d.Andream Diosium sptdtem trium cottuum Nittrien,Bars.et Poson. d.11.jul.1626.

2.

Ego cujus nomen subscriptum,Znoyma Moravorum oriundus,a Georgio Molitore cive illius loci et matre Agnetha legitime natus,ibiq in Dno educatus,postqm aliquot aos cum saniorib lris,tum etiam studio thlico operam dederim,donec a magn.dna de Batyan ex rectoratu scholae Solonokien peracto triennio ad pastoratum ecclae Hainrichstorfiensis legitime fuerim in mrum ecclae vocatus,sacris me inauguratum ee ordinibus per a.r.cl.virum d.Andr.Diosium sptdtem trium cottuum Nittr.vdlt Bar.et Poson. gravissum et dignissum,meq Formulae Concordiae ut et Aug.confessioni immutatae cum aliis libris symbolicis hocce meo chyrographo nomen dedisse Deum testor. Summus ille sacerdos ssto suo mihi adsit Spru,ut ois mea opera ad divini ipsius nnis cedat gloriam,ecclae incrementum,meiq et multor xstianor salutem. Galgoczii d.1.Trin.ss. d.14.jun.1626. Matthias Molitor Znoyma Moravus mp.

Finem vitae et superintendentiae fecit vir vrandus et clmus d.Andr.Diosius,amicus meus veteranus,quod factum e 6.apr.1627.

Cui in loco et offo successit vir a.r.et cl.d. Basilius Fabri, dnica Rogaoum ao 1628 publice in tplo Prividiensi in sptdentem cottuum Nittrien,Poson.et Barsien electus et per imposioem manuum adm.rnd. et de eccla eglica optime meritor viror,cl.dni M.Joan.Hodikii sptdtis cottuum Trenchin,Liptov et Arven.,clmi item d.Petri Sexti,sptdtis cottuum Zolien,Thuroczien,Honth et Gömör: cujus ordinationi interfui,qui et placide obdormivit 8.nov.anni 1630. K.S.M.R.

1.

Ego Petrus Hempelius Carnovien Silesius,legitimo natus thoro, parente vdlt r.dno Lazaro Hempelio,pro tunc pastore animar in oppo Deinnsdorf,matre vero Ursula. Postqm aos pueritiae attigissem,cura parentum traditus sum erudiendus honestis studiis et moribus clmo nec non doctisso et hum.viro d.Frid.Fabricio,rectori scholae Luthovien, quo duce assecutus sum notitiam lrarum. Hinc Iglaviam missus sum,ubi per quadriennium usus disciplina cl.hum.nec non doctiss.dni M. Pau-

li Mülleri,ubi incidens in febrim,me ad r.d.parentem contuli. Posteä vo commissus sum cl.hum.nec n doct.dni M.Mich.Cach,ubi operam dans lris una cum d.rectore et aliis collegis et pastoribus in exilium pulsus sum: dum vo parens meus sper honorandus simul exilium passus sit,filiali amore motus secutus sum ipsum,in quo per 8 aos degimus. In exilio am suo cum magna perpessus sit,vocatus est ad munus ecclicum in Petersdorf: dum vo exilio et senectute defatigatus sit,ordinante Deo a gen.et magn.dna Eva Batyaniana loco diaconi ipsius sum vocatus. Vocaoi honestae et legitimae morem gerens,per impooem manuum r.et doct.viri d.Basilii Fabri,ecclae Bajmocz ppositi vrabilis et sptdtis,d.Valen.Czechii decani,d.Pauli Lovcsani decani et d.Mich.Schwaer decani,d.Joan.Czernay notarii in eccla Bajmoczien ordinatus sum in mrum ecclae d.16.maji ao in quo IesVs aIt: saVLe,saVLe! qVID Me perseqVerIs? Aeternus Deus,qui me elegit et in alvo materna in mrum ecclae consecravit,faciat me vas et organum salutare ecclae suae: dnos vo rndos et clmos cum aliis quoq doctoribus orthodoxis immo universo grege fidelium tueatur ab oibus insultibus inimicor visibilium et invisibilium. Rem ita se habere hac syngrapha mea testor.I.q.s

2.

Ego Matthias Crudi Simoni Bajmocien fateor hacce inscriptione mea me legitime vocatum ee ad diaconatum Galgoczien per r.et cl.virum d.Johan.Krmannum past.ecclae ejusd ad docendum ss.verbum et administranda sacramenta,juxta normam et usuram sanor verbor et instituoem Salvatoris nri: ordinatum vo ee ab a.r.et cl.viro d.Basilio Fabri,pposito ecclae Bajmocien et sptdente trium cottum,psentib r.dno sen.et dnis decanis. Actum Bajmocii d.6.aug.anni 1630.

Finita vita et superattendentia dni adm.rev.Basilii Fabri,qui ad coelestem patriam transiit ao et die ut supre,np 1630 d.6.aug.

Ao 1631 d.2.apr. rebus eglicis in Hgria nutantibus ex consensu procerum eglicor illmo comite ac d.d.Paulo a Nádasd,supremo com.cottus Castriferrei etc.,illmo item com.ad d.d.Casparo Illiesházio,supr.comite cottuum Trench,Liptov et Arven.etc.coacta est synodus Cheytam,raoe futuri sptdtis cottum Nittrien.,Poson.et Barsien. Quia em eccla Bajmoczen sedes hactenus superattendentum pmemorator cottuum suis ordinariis destituta patronis /qui excussa eglica professione jugum pontificium subiert/ sub viduali manet protectione,consultum fore synodus putabat,ut haec sptdentalis dignitas in locum tutiorem transferretur. Initis ergo suffragiis s.synodus hoc decrevit,ut in locum demortui sptdetis cl.d.Basilii Fabri eligeretur in sptdtem cottuum Nittr.Pos.et Barsch. ecclastes Csejtensis d.Nic.Martini. Qui eadem die inauguratus et impositione manuum presbyterii ordinatus est,maxime per duos alios sptdentes,vdlt cl.et excell.virum d.M.Joh.Hodikium,incl.reipub.Trenchin ecclae antistitem et cottuum Trenchin,Liptov et Arva sptdentem meritissum,adm.item rndum et cl virum d.Petrum Sextum lib.regq cittis Briznen ecclae antistitem et cottuum Zolien,Thurocz,Honthen et Gömörien sptdentem fidelissimum,item per oes cottuum seniores ao et die praememorato.

Ordinatorum per me Nicolaum Martini numerus sequitur:

1.

Ego Johannes Transylvanus Czuczi ex pago Benedik in cottu Albensi oriundus fateor me rite vocatum ee ab eccla Koloniensi a dnis senioribus Matthia Keoszeghi,Martino Farkasdi et Melchiore Marothio ad mrium ecclicum et legitime sacros accepisse ordines,ab a.r.et cl.viro d.Nicolao Martini sptdente etc.,ab a.r.et doct.viro d.Nic.Barossio,ab a.r.viro d. Joh.Krmanno notario cont.Chejten et r.viro Andrea Žittkio,pastore et pposito Ujhelien,r.d.Melchiore Sartorio diacono Chejtensi etc. Iisdem oibus me promisisse adhaerere velle Libro Concor.et retinere in offo diligentiam,in quo juvet me sta Trinitas. Ao 1631 d.5.jul. Idem qui supra

2.

Ego Emer.Ürges Csepreginus legitimo natus thoro parentum inhabitantium oppum Csepregh intra ambitum cottus Sopron positum,patre vdlt Emer.

Ürges, matre vo Agatha Nagy. Postq pueritiae aos attigissem, cura et [illegible] studio parentum traditus sum erudiendus honestis artibus et moribus hum. et doctiss. viro Steph. Potyondi p.t. moderatori scholae Csepregien. / Labentib deinde annis cum Deus patrem meum ex hac lachrymar valle evocasset, ao salutis 1625 memet primo contuli in scholam Jaurino-Pataheziensem, duosq aos sub ferula hum. d. Mich. Sdanensis complevi: illinc Deo sic annuente Galgoczien collegium adivi, subq psidio cl. viri / Mich. Csajka medium an. vixi. Hinc furentibus undiquaq bellis partes Transdanub voactus sum visitasse, scholamq Ginzien ingressus sum. Postq vo annum continuassem sub ferula hum. Joh. Piscatoris, Posoniense collegium commendaoe multor viror visitavi, in numerum studiosor germanicor sum receptus a cl. d. M. Dan. Tiefenbacher. Hic ubi studia mea feliciter ursissem, paedagogiam nactus sum apud d. nobilem Christoph. Roll civem Poson. tresq integros aos penes suos filios diligenter exegi. Tandem honestam et legitimam vocaoem accepi ab eccla Vécsensi / ad subeundum offum ecclicum, ao 1631 d. 13. dec.: majorisq confirmaois ergo per impositionem manuum cl. et doct. viri d. Nic. Martini Rosebergensis sptdtis in eccla Ujheliensi ordinatus sum in mrum ecclae die 20. jan. ao 1632. Clementissus ille totius universitatis parens, // qui me veluti Mosen balbutientem in salutare organon eglii sui pficere voluit, faxit mihi vires et robur, ut quantum in me est, pascam gregem Xsti, curam illius agens non coacte, sed volens, non turpiter assectans lucrum, sed propenso animo, ut sim exemplar gregis etc., tandemq cum reliquis fidelibus accipiam coronam vitae. I. q. s. mp.

3.

Ego Georg. Liborcenus Czabalides legitime natus et progenitus, parente quidem Nicolao Czabalio molitore Liborceno, matre vero Catharina Ondregičkovicia Zavadensi, judicis filia. Qui ambo /postq aetatis usura validior mihi accrevit/ ante Bocskaianam excursionem me lris humanioribus tradidere, primumq Joanni Trochopaeo Nevszkoviensis scholae rectori me commendarunt ad instituendumq exhibuerunt. Expletis ais 7 Teutoliptscham cum fratre patruele Samuele Liborceno sum emissus, ibiq sub ferula d. Michaelis Chalupka aliqmdiu in grammaticis et graecis initia gustavi. Hinc valedicens Banovicium me contuli, cui quidem gymnasio Elias Ursinus Delitianus pfuit: hic navans operam studiis Galgoczium deveni, dum d. Joan. Hodikius adesset: mutata tn est sententia d. Stanislai Thurzonis et hunc cl. virum Szencinum transmisit, igitur Joh. Simplicius Prividien im locum Hodikii suffectus est. Sub hujus itaq disciplima tam latina, qm graeca et hebraica elementa, nec non annotata excepi non sine mediocri proventu. Galgoczio Trenchinium, huic scholae pfuit tum tpris Matthias Javornik: hic itaq annum cum dimidio logicae, physicae et rhetoricae dabam operam. Trenchinio Rajecczium petii, ubi tantum me profecisse scio, quantum antea Trenchinii sub disciplina Joh. Žittkii Rajecczeni. / Rajecczio Rosebergam, hinc Bitscham, dum Isaacus Lany regeret juventutem, post M. Zachar. Flotvedelius. Cum vero post paedagogiam Pongraczianam Chajtham venissem, cantor scholae constitutus sum et hinc evocabar Hunnobrodam Moravor, inde Preroviam, in qua citte 7 ais rector existens juventutem feliciter instituens cum reliquis fidelibus exulibus Xsti in patriam remeavi. Mox Dubniczium surrogatus rector / scholae factus sum, munere Joh. Lochmanni pastoris Dubniczensis. Hic sexennio laborando divina operante virtute Varboviam deveni: hic interea cl. d. Nicol. Barossius sen. v. cont. Csejthen legitime vocatorias exhibuit in diaconum, moxq accepta legitima vocaoe dnica Judica an. 1632 die Martis post dom. Palmar sacris initiatus et ordinatus sum per cl. ac doctiss. virum d. sptdtem Nic. Martinkium Rosebergensem qui cum collegis cl. ac rndiss viris, pposito Ujheliensi Andr. Žittkio, meo quondam condiscipulo, cl. Nic. Baross seniore, Nic. Hrabovszky, Joanne Krmanno notario contub., Joan. Spilkino diacono Csajtensi, nec non Elia Senis Veszelien mro sacram hanc actionem decenter et honorifice perfecit et absolvit. Deus ille Dni nri J. Chri, cujus gloria pleni sunt coeli, terra, mare et oia, addat vires Sprus sui s. miserrimo mihi peccatori, ut sancte et cum fructu ecclae suae serviam, nomenq ejus celebrem nunc et in aeternum Amen.

4.

Ego Mich.Prieleszky G. ex cottu Trenchin fateor me natum honestisso ac pio thoro parentum gen.Joan.Prieleszky G.patre,matre vero egr.Ursula Gyurisch. Ineuntibus autem ais pluribus juventutis in scholas per eosd artium liberalium imbibendarum graa perductum,postea vero legitime ad mrium s. per ven.cont.eglico hgricum sub senioratu r.et cl.d.Martini Farkasdij p.Tarlosien in ecclam Majthénien evocatum,ex offo rectoris scholae oppidi Cseklés. Majoris tandem confirmaois ergo per imposionem seu ritum adhibendum a.r.doctiss.et cl.d.Nic.Martini Rosenbergens sptdtis in eccla Csajtensi ordinatum in mrum eccla Xsti 23.sept.1632. Faxit clementer bgnissus Jehovah,ut in hac gratuita beneficentia militiam militem fideliter in laudem et gloriam equidem primum nnis illius divini,ecclae et verbi ejus in emolumentum seu propagaoem,meaemet animae demum in salutem Amen. Subscribo etiam mente et manu Libro Concordiae.

5.

Ego Georg.Adami naoe Csejthen fateor me legitime vocatum ad gubernandam et regendam ecclam riteq administranda sacramenta juxta instituoem Dni nri Jesu Xsti et Salvatoris ursi gris hni per cl.ac r.dnum Martinum Farkasdi seniorem aug.religionis VDMrorum in cottu Poson in pagum Puszta-Födimes in eodem cottu Poson ac demum auxilio Sprus s. Csajtae per d.rev et cl.virum d.sptdentem Nic.Martini Rosenbergensem nec non ceteros seniores tum tpris adsistentes legitime ordinatum d.23.sept.an.1632. I.q.s. mp. Subscribo etiam mente et manu Libro Concordiae.

6.

Ego Georg.Andreae Hliniczenus mea ista inscriptione fateor me honestis parentibus,utp patre viro Andr.Dayka,incola condam Nagy Kálna in cottu Barsien,matre autem Anna,filia cond providi Stephani Burda,incolae oppidi Gelednek natum ee. Qui corporis et animae meae curam habentes auctores mihi post Deum extitere,ut scholas regni istius Hgriae optimas salutando doctrinam sanam,pietatem timoremq Dei imbibissem. Quos etiam spes et expectao de me concepta non fefellit: judicio etiam et profectu in artibus humanioribus accedentibus Jaurino-Patahazino Galgoczium memet contuli sub ferulam r.ac doct.viri d.Matthiae Crudi. Tandem expletis 2 mensibus per r.ac doct.virum d.Paulum Belobradenum concionatorem Felsö Szelien ad regimen scholae sum evocatus,illamq qua fidelitate fieri potuit,auxilio divino suffultus 4 annos sustinui. Hinc ad regimen ecclae Udvarnokien bohemico-hgricae a dno r.Melchiore Marothi,concionatore Ujlakien et repub.pdicti loci vocatus et s.ordinibus per viros clarissos ac apprime doctos,utp a.r.et cl.virum d.Nic.Martini sptdtem Chajten meritissum,d.Nic.Barossium seniorem,d.r.Joh.Krmann notar.,d.r.Andr.Žittkiu ppositum Ujhelien,Mich.Lovcsani et d.Joan.Spilkinum diaconum Csajtensem ordinatus 13.dec.1632. I.q.s. Cujus pro majori confirmaoe manu et mente me subscribo Libro Concordiae.

7.

Ego Joh.Laderus Enzenstorfensis Austriacus fateor hac propria mea manu me ab eccla Posoniensium eglica legitime ee vocatum ad docendum verbum Dei riteq administrandum sacramenta juxta mandatum et instituoem Xsti. S.autem ordinibus initiatus sum a rnd.adm.clmo ac doct.viro d.Nic. Martini sptdte cum psentib dd.seniore,decanis,ceterisq collegis et fratrib Chejtae 16.febr.1633. Cum Libro Concordiae idem consentio.

8.

Ego Joh.Galli fateor me a honestis parentibus et ex matrimonio legitimo natum et educatum in lege Dei,aliisq honestis disciplinis ab infantia. Postea tpore juventutis ab iisdem parentibus,nimir Joh.Galli et Anna Zukoviensi me emissum ad discendas artes honestas,quibus fideliter operam dabam,tum inter Slavos,tum inter Hgros,vdlt Vranoviae in superiorib partib Hgriae: inde profectus Szempczinum,ubi studui annum integrum et sic inde vocatus ad offum rectoratus,quod gessi per spatium duor aor. Postremo habens legitimam vocaoem ad munus aplicum ab iisdem Tarlosiensibus emissus sum ad suscipiendam ss.consecraoem muneris aplici et purae confessionis augustanae amplexionem,cum qua confessione sincere in oibus

artlis consentio et consentire volo ad extremum diem vitae meae. Con secratus sum autem a cl.doct.viro d.Nic.Martini sptdte et aliis dd. senioribus ceterisq collegis et fratribus ao 1633 14.martii.

9.

Ego Andr.Rasi Liptov fateor hac mea inscriptione me honestis parentibus ,nimir patre Andrea Rasi Paludiensi,matre vero Anna Cžanich natum ee: qui corporis et animae meae curam habentes,auctores mihi post Deum extitere,ut scholas regni istius Hung. optimas salutando drnam sanam,pietatem timoremq Dei imbibissem. Quor expectaoi auxuliante Deo satisfactum est. Judicio enim majore et profectu in artib humaniorib accrescente,solenne gymnasium Bitschense salutare et solidiorem drnam consequi mihi contigit. Unde vocatus per cl.et exc.virum d.Nic.Martini,past.ecclae Csejthen regimen scholae Csejt legitime mihi oblatum suscepi,illud qua fieri potuit fidelitate,auxiliante Deo sex nondum completis ais sustinui. Ex quo pulvere scholastico per eundem virum cl.antistitem Csejthen et trium cottuum Poson.Nittrien.et Barsien sptdtem ad diaconatum Csejthen vocatus et ritu aplico ordinatus sum,psentibus clar.d.seniore et d. decanis 1633 4.apr. Subscribo mente et manu Libro Concordiae. I.q.s.

10.

Ego Joh.Michalacž Radočžovinus habens vocaoem ad munus ecclicum a gen.dd.Franc.Armbruster et Steph.Korlath in parochiam Guttorien per eosdem pfatos gen.dnos commendatus et emissus ad a.r.ac cl. d.sptdtem Csejtam,nec non ad ceteros rndos ac clmos seniores et collaboratores dni sptdtis,veram et illibatam Aug.conf.amplectentes et sic per eosdem r.et cl.viros in mrum verbi Dni ordinatus et consecratus ao 1633 21.apr. I.q.s. Subscribo manu ppria Lib.concor.

11.

Ego Mich.Oleatoris Zolio Szlatinen fateor hac manuscriptione propria me honestis natum ex parentib Steph.Oleatoris patre,matre vero Barbara ibidem loci degentib,qui non solum me genitum educavere,sed a teneris mox ad scholas tradidere. Ubi cum ampliorem studior segetem petiissem,deveni in collegium Galgoczense et ibidem triennio exacto aliud petii,nimir gymnasium Baanense,ibi quoq tot tpora et aos continuavi. His vero evolutis per commendaoem cl.viror perveni ad regimen scholae periclitantis ecclae Galgoczien,inde vero ad statum ecclicum legitimo modo et ordinaria vocaoe evocatus ad verbi sacri propagaoem,sacramentorumq juxta ordinaoem et mandatum Xsti administraoem in pagum Pasztuchov,ordinatus vero ritu aplico et ecclar conf.Aug.more usitato per a.r.et cl.d.sptdtem et antistitem trium cottuum Poson.Nittrien.Barsien. Nic.Martini,r.seniorem Nic.Barossium,notarium Joh.Krmann,Nic.Hrabovszky,Andr.Rasi diaconum Csejten. die 10.oct.ao partus virginei 1633. Idem qui supra. Subscribo mente et manu Libro Concordiae.

12.

Ego Daniel Masnicius Lypto-Bodicenus,prognatus parentibus honestis,patre viro rndo Nic.Masnicio,quond sedulo mro ecclae Ugrocz, matre Anna Scribae,educatus sub ferula cl.viri in Dno jam quiescentis M.Isaaci Lani Thuroczen,itemq doct.viri d.Tobiae Benedicti Liptov suscepi s.ordines in eccla Csejten,existente ibidem a.r.et longe clmo viro d.Nic.Martini fidelisso ecclae Csejten angelo,uti et per cottum Bajmoczen,Posonien,Barsien sptdte vigilantisso,vocatus ab eccla Kosztolnensi in tractu Divékensi. Promitto fidelitatem sedulam secundum vires ingenii mei et dona Sprus s.,subscriboq calamo et corde Aug.confessioni et Libro Concor. usq ad halitum extremum vitae meae. In psentia a.r.et cl.d.Nic.Barossii senioris cont.Chejten dignissi,d.Joh.Krmanni notarii ejusd cont.etc. et reliquor decanor ao 1634 13.maii. I.q.s.

13.

13.

Ego Dan.Žaar Scepusio Harhovianus fateor hac subscriptione me honestis parentibus,utp r.et cll.viro d.Geor.Žaar,pastore quond Martinopolien,matre vero Anna Simonidis honeste progenitum,in pietate honestisq moribus educatum,studiis lrarum a teneris deditum et educatum sub ferula cl.viri d.Martini Veigmanni rectoris scholae Bartphen jam in Dno quiescentis,M.Eliae Ursini et post consumatum studior scholasticor cursum legitime communib suffragiis ad praedicaoem verbi divini et administraoem sacramentor in eccla Krasznen evocatum,tam quoq Csajtae per virum excell.d.sptdtem Nic.Martini aliosq dd.decanos et ven.ministerii fres per impositionem manuum ordinatum d.3.aug. an.1634. Idem qui supra mp. Subscribo mente et manu Libro Concordiae.

14.

Ego Andr.Prokssa Thuroczenus fateor hoc mea inscriptione,me honestis parentibus vdlt Casparo Prokssa Laszkarovino,matre vero Cathar.Simkovich natum ee,qui corporis et animae meae curam habentes,auctores post Deum mihi extitere,ut scholas regni istius Hgriae optimas salutando doctrinam sanam,pietatem timoremq Dei imbibissem. Quorum expectationi auxiliante Deo satisfactum est. Judicio enim majore et profectu in artibus humaniorib accrescente scholam Galgoczen salutare et solidiorem drinam mihi consequi contigit. Unde vocatus per cl.et doctiss.virum Raphaëlem Parlagi,pastorem ecclae Pöstinien regimen scholae Pöstinien legitime mihi oblatum suscepi,illud qua fieri potuit fidelitate auxiliante Deo 9 nondum completis ais sustinui. Ex quo pulvere scholastico per eundem et ven.cont.in ecclam Zeleniczen promotus et ritu aplico ordinatus psentib r.et cl.d.sptdte Nic.Martini,cl.d.seniore Nic.Barossio et cl.d. notario Joh.Krmanno,d.Nic.Hrabovszky,d.Geor.Risio,d.Andr.Rasi diacono Csajtensi d.30.jan.an.1635. I.q.s. Subscribit mente et manu ppria Libro Concordiae.

15.

Ego Alexander Sigismundi Ždarensis Moravus fateor hacce inscriptione mea me legitime vocatum ee ab eccla Stredensi ad diaconatum,ad docendum ss.egilium de Jesu Xsto riteq administranda sacramenta ss. juxta mandatum et instituoem Xsti: ordinatum vero ee a r.cl.,sincera religione et solida eruditione juxtaq doctisso d.Nic.Martini,psentib r.dd.viris d.cl.et pstantisso viro d.seniore Nic.Barossio,d.cl.et meritisso viro d.notario Joh.Krmann,r.d.Nic.Hrabovszky,r.d.Geor.Risio,r.d.Andr.Rasi diacono Csejtensi d.30.jan.ao extremae patientiae 1635. I.q.s.. Subscribo mente et manu Libro Concordiae.

16.

Ego Joh.Urticius Chotessovien fateor me legitimo thoro natum,patre Joh.Urticio,matre vero Christina Vaczlavik,qui non solum educaois meae curam sedulam navarunt,verum etiam crescente aetate in scholam Bitschensem adductum pceptoribus fidelib commendarunt. Ubi jactis quibusd fundamentis scholam Martinopolien in Thuroczio visitavi ac ferulae hum.ac doct.viri Jacobi Majtan subscripsi,aos 3 illic et duos sub eod. pceptore Rosebergae consumens. Hinc suasu parentum meor iterum ad gymnasium Bitschense me contuli et pceptorem cl.d.M.Danielem Tieffenbacherum ao integro habui,sequentib autem ais a.r.ac cl.d.M.Zachar.Lany tam Bitschae,qm Banovicii fideliter et summa cum laude audivi. Ordinaoe autem divina vocaoem ad regendum chorum Ujhelien ad Kiszuczam ab a.r.et cl. viro Steph.Kruspier suscepi: exactoq ibidem ao uno cum semestri per cl. d.M.Dan.Lanyi iterum in gymnasium Baanen ad offum collegae revocatus fui qm provinciam ais 3 demto semestri sustinui. Tandem divina ita favente graa legitime ad regimen scholae Csajten evocatus,per a.r.ac cl.virum d. Nic.Martini sptdtem,patrem meum charissum comparui: exactisq duobus integre in schola ais,per eundem in diaconum Csejthen promotus ac ordinatus sum,psentib viris adm.rr.ac clmis d.Nic.Barossio v.cont.Csajthen seniore,d.Joan.Krmanno pastore ecclae Lessticzen et v.cont.not.dignisso,d. Andr.Zittkio pposito ecclae Ujhelien vigilantisso,d.Andr.Fabri mro ecclae Moravo Ljeszkov,cont.ejusd decano,d.Nic.Hrabovszky ecclae Vagyoczen mro

et ven.cont.Galgocz.seniore d. 26.apr.an.1635. Idem qui supra.
Subscribo mente et manu Libro Concordiae.

17.

Ego Andr.Chreveda Thurocien legitimo thoro parentum patre vdlt Joh.Chreveda,matre vero Susanna Stubnensi procreatus,postq 7mum aet. meae annum attigissem,cura atq sedulitate pdictor parentum scholis ac scholar rectoribus,imprimis vero hum.viro d. Geor.Sankovino commendatus fui. Hinc Alnoviam ad d.hum.Jos.Alitis suasu condiscipulor quorund meor,vdlt Emer.Bodorovini et Gabr.Keviczky me contuli. Hinc ob uberiorem mercatum studior Banovicium ad M.Isaacum Lany et hum.Tobiam Benedicti appuli,unde triennio exacto in gymnasium Bitschense ad M.Zachar.Lany et Sam.Chalupka veni. Hinc ob imminentem pestilentiam discessi d.pceptoribus suavissis honeste valedicens Prividiam ad h.et doct.virum Geor.Teutonidis remis velisq,ut ajunt, properavi. Hic postq aliquantulum commoratus fuissem,ecclae Vrutkensis patroni ad offum rectoratus me evocarunt: hinc nondum biennio exacto ad regimen scholae Beato Marianae in cottu Thurocz existentis promotus fui. Tandem a gen.dd.patronis praennatae ecclae Beato Marianae in cottu Thurocz existentis mediate et legitime ad offum diaconatus evocatus fui,cui vocaoi postq paruissem,Csejtham veni et hic ritu aplico ordinatus fui,psentib viris adm.rr.r.cl.et excel. d.Nic.Martini sptdente dignisso,Nic.Barossio v.cont.Csejten seniore, Joh.Krmanno v.c.ibidem not.,And.Žittkio pastore ecclae Ujhelien et tpli pposito,Andr.Fabri et Nic.Hrabovszky cal.maji 1635. I. q. s. Subscribit mente et manu propria Libro Concordiae.

18.

Ordinao Laurentii Safaridis facta a.1635 15.maji in eccla Belessensi,qui ad ecclam Vittkoczen est promotus. Natus et progenitus ex parentibus xstianis et religiossism,np patre Paulo Safarovics Hamerszky,matre vero Cath.Ondricza,Hamerszkyanam libertina,pie ab iisdem educatus,ad artes lrarias mox ab ipsis cunabulis missus,pceptorib fidelissis commendatus: inter pceptores alios et reliquos erat Casp.Martinko Rosamontanus,Tobias Benedicti in gymnasio Baanensi, Paul.Pjeczka Ujhelii ad Kiszuczam etc. Pater ecclae Xsti fidelis fuit min.,quam et ego feliciter per media legitima ad regendum vocatus ex schola Thuropolien rectione atq sic per clmum nec non evidenter doctum ac patrem singulari cultu venerandum d.sptdtem Nic.Martini vigilantissum super gregem Xsti faustiter ordinatus eo die et ao quo supra. Sic me quoq subscribo fideli Libro Concordiae. /In margine: Abiit ad corvos./

19.

Hic sequitur ordinao d.Joh.Gobii rectoris Prividien ibidem in tplo ordinati ao 1635 in festo Petri Pauli,id est 29.jun.,quem ordinavit ad diaconatum ecclae S.Michaëlis in Thurocz M.Joh.Hodikius,occasione reditus sui Vetusolio ab electione sptdtis novi M.Greg.Lanÿ.

20.

Ego Joh.Liszkovini Liptovien posteaq mediis procreandi legitimis luce sacrata divinitus refertus,patre np Andrea Thomae,matre vero Dorothea Rasztoczky Rosenbergen. Aetate respondente scholis lrariis admotus,pceptoribusq bene atq laudabiliter doctis ornatus,aliis plerisq intermissis cl.dno M.Isaaco Lany T. tunc r.gymnasii Baanensis supremo perquam solerti ac hum.d.Matthiae Crudo-Simoni Bajmocen claustrensis scholae,quae est Galgoczii moderatori adhaesi. Ad regimen chori pubisq tenerioris Prividiensium informaoem qm 6 ais pro virili urgebam,indeq communi suffragio magratus utriusq,puta illrima ac magn.dna Czobor Annae,cl.itemq rndi viri d.Basilii Fabri p.p.tunc ecclae Bajmoczen. atq trium cottuum Nittrien,Poson et Barsien sptdtis meritissi ad regendam provinciam scholasticam ejus loci evocatus,tporeq psenti sic ferente et Deo volente exinde per Prividiensium corpus integrum ecclasticum in diaconum electus sum. Quod ut aptiori

gressui responderet,Chejtam pro assequendo ordine integro rituq aplico inauguratus sum,cui solenni actui interfuere viri clmi atq a.rndi dd.M Nic.Martini Rosebergen sptdens vigilantissus,Nic.Baross ejusd v.cont. sen.dignissus,Joh.Krmannus notar.exquisitissus,Andr.Žittkius ppos.Ujhelien.honorandus,Nic.Hrabovszky Vagyoczien min.dignissus,Joh.Urticius M Csejten diaconus venerandus d.16.nov.1635. Subscribo ingenue mente atq calamo intrepidus Libro Concordiae.

21.

Ego Elias Ladiverus parentibus Joh.Ladivero et Cathar.Kmet in vico Bela Thurocz legitimis natus,ibidem renatus et lris consecratus,primum quidem sub solertia h.d.Matthiae Petri rectoris patriae,mox sub industria literator Matthiae Gazur et Thobiae Benedicti in schola Neczpaliensi,inde Moschoviae sub psidio d.Joh.Lochmanni et Joh.Czaban,tandem Solnae sub auspicio d.Joh.Žittkii,deinde Bartphae sub inspectione d.Leonharti Wagner,deniq Bitschae sub moderamine d.Sam.Chalupka et M.Dan. Tieffenbacheri musis merens. Recognosco Dei misericordia primum auditorem gymnasii Bitschensis,mox rectorem,unde pulsus per jesuitas dnor Hrabovszky et Hineczkianae beneficentia privatum: statim conrectorem gymnasii Baanensis munificentia illmi comitis Illyesházy,tandem rectorem Prividiensem,deniq ludi lrarii Solnensis moderatorem me egisse. Hodieq isthinc Jesu Xsti jussu et voluntate referentibus Dei mandata,grosis dd. Mich. et Joanne Bossany in eccla Uherczen provinciam immortali verbo administrandam evocatum,dieq 8.fabr.ao 1636 Csejthae per viros cl.et rev.d Nic.Martini sptdtem,d.Joan.Krmannum notar.,d.Andr.Žittkium Ujhelien praepos.,d.Nic.Hrabovszky ecclastam Vagyoczien et d.Joh.Urticium diac.Csejthen per impositionem manuum juxta ritum aplicum ordinis ecclici confirmaoem accepisse. Deus sit nobiscum Amen. Libro chrianae Concor. sincere subscribo.

22.

Ego Joh.Fabricii Žernov. fateor me legitime vocatum ad gubernandam ecclam Acsavianam,riteq administranda sacramenta juxta instituoem D.n.J.C. et Salv.ursi gris hni in c.Pesthiensem ac demum auxilio Sprus s. Csajthae per r.et cl.virum d.sptdtem Nic.Martini Rosembergen nec non ceteros seniores adsistentes legitime ordinatum 9.jun.1636. Subscribo etiam mente et manu Libro Concor.

23.

Ego Jonas Piscator fateor et recognosco tenore psentis meae syngraphae me ee legitime progenitum patre vdlt r.et cl.viro Geor.Piscatore Liptovia Teplense,id tporis JChristi mro in pago Hradna cottus Trenchin tractu inferiore Baan,matre vero Ursula Helenszka Helmesiensi. Prima principia didici in patria sub ferula Joh.Gussovini: adolescente vero aetate adductus sum per meos genitores in scholam illustrem Baan,cui regimini psidebat M.Elias Ursinus cum doctiss.viro d.Andrea Adelphio,quem audivi aos 2 in grammaticis,poeticis et rhetoricis. Exinde,sic scil volentib parentib meis missus sum in scholas a partia mea remotiores atq perveni in Scepusium,reg.cittem Cibiniensem,ubi coepi demum audire d. Andr.Hertel atq hinc debui remeare,suasu quorundam bonor viror et deveni Leutschoviam,ubi rursus inscripto nne meo matriculae scholasticae audivi rnd.M.Eliam Ursinum.Inde sic volentibus parentibus meis redii in illustre gymnasium Bitschense,ubi audivi de rebus theologicis et physicis M.Zach.Flottvedelium et cum eo eruditione notissum d.Joan.Krmannum de rebus ethicis et rhetoricis. Successu demum tporis ibidem audivi M. Greg.Lani de ethicis et oeconomicis et M.Zach.Lani de multis rebus. Ibidem jussu illmae comitissae Elisab.Czobor,cujus memoria sit in pace, factus sum auditor classicus scholae,quo in offo perstiti aos 3 atq juventutem ea diligentia,qua potui informavi,quibus tribus ais pfata d.comitissa me honesto stipendio,vestibus et alimonia sustentabat. Postea vero ab i.repub.consentiente a.r.d.Adamo Corodino medio vocaois honestae sum vocatus Ujhelium atq sic mihi publice provincia scholastica est resignata,ubi aos continuos 10 scholae praefui et profui. Deinceps ab ead repub.ad offum ecclicum sum segregatus atq per cl.sptdtem Nic.Martini

cum collegis ritu aplico sum ordinatus Csejthae 1636 4.nov. Libro Aug.conf.invariatae et Concordiae manu et mente subscribo.

24.

Ego Nicol.Marci Turoc. recognosco psenti chirographo me parentibus legitime juxta xstianae ecclae piam consuetudinem vinculo foederis conjugalis copulatis,puta Georgio Marci et Ursula Zabortiana in vico Stjavnicska in cottu Thurocz ad arcem Sklabina sito natum, ibid medio s.baptismi renatum,altero parentum,nimir dulcisso genitore nimis properanter orbatum,nihilominus tn per matrem viduam,dum aetas congrua suasisset,ad musarum castra transmissum,pceptoribusq fidelissis ad imbibendas politiores lras et cultiores mores commendatum fuisse. Primum quidem in prima pueritia lras et artium cognitionem hausi et /ut ajunt/ primis labellis degustavi in schola patria D.Helenensi sub industria eruditi et pientissi viri d.Sam.Augustini Briznobanen,deinde Martinopoli sub auspiciis d.Nic.Molitoris et d.Jac.Majtan: postea Solnae sub psidio doct,et hum.viri d.Joh.Žittkii Rajeczen, Bartphae d.Leonhardi Vagneri,tandem Cassoviae sub inspectione d.And.Bodrosky,d.M.Dan.Gaigeri et d.Joh.Volphii conrect., deniq in illustri gymn.Bitschensi sub moderamine d.M.Dan.Tiefenbacheri,d.Sam.Chalupka et cl.theologi M.Zach.Lani Thurocz. Ubi in juventuta mea sudans et algens per Dei graam continuavi curriculum studior,neq in iisd mediocriter luctando delusi operam. Hinc praeveniente et subsequente divina misericordia ad paedagogiam filior gen.d.Geor. Abaffy capit.arcis Arven collocatus,in provinciam scholae Komnetnensis regendam surrogatus,postea Bottfalvam a.1630 praevia legitima vocaoe utraq per r.d.Andr.Reithinium oblata ad rectoratum transvectus,cui functioni ais 4 cum semestri praefui ac profui. His continuatis miranda Jehovae dispensaoe per r.cl.et excell.virum d.Nicol. Martini theomystam ecclae Csejtensis gravissum nec non cottuum Poson Nittrien et Barsien sptdtem gravissum Csejtam in rectorem scholast. praemissa legitima vocaoe evocatus. Posteaq autem in functione scholastica sesquiennium exegissem,mox per eund cl.d.sptdtem Deo volente decenter pro futuro collega domestico et diacono ecclae Csejthen adscitus atq d.4.nov.ao assertae salutis hnae 1636 publice in tplo ibidem ad augustissum munus s.ministerii inauguratus et juxta ritum aplicum per cheirothesian cl.viri d.sptdtis psentib r.d.seniore,cl. d.notario et aliis ven.cont.Csejthen fratribus,quor nna in testimonialib annotata,confirmatus. Quod ut sit,ecclae Xsti utile et mihi salutare,praestare dignetur alma Trias! Amen. Libro xstianae concor. manu et mente,ita Jova favente subscribo!

25.

Ego Adamus Pito Alsó-Patÿnensis fateor me honestis et piis parentibus ee natum,qui me statim ab ineunte aetate cura et parentali aetate /!/ emiserunt ad honestas artes liberales addiscendas,in quibus perdiscendis ego usq ad an.1636 pro modulo ingenioli mei versabar et in scholastico statu ad hoc usq tpus manebam. Nunc vero divina graa sic favente legitimas fateor vocatorias accepisse a dnis grosis ac egregiis viris Galanthajensibus ad praedicandum verbum divinum ejusq Dei sacramenta legitime administranda. Adquae offa diligenter peragenda ordines s. accepi per imposioem manuum a adm.r.et cl.d.Nic.Martini,ven.cont.Csajten sptdte,nec non ejusd v.consistorii addictos seniores Nic.Baross et notar.d.r.et cl.Joan.Krman,decanum rnd.Nic.Hrabovszky et r.d.Andr.Rajthini a.1637 d.20.aug. Idem qui supra. Subscribo mente et manu Libro conc.

26.

Ego Nicol.Slehikius natus parentib honestis Mich.Petrovich et Dorothea Slehikiana in oppo Nagy Tapolcsan,ibidemq lavacro baptismi ablutus atq ecclae Xsti insertus,tandem lris humaniorib sub regimine Melchioris Kapirii consecratus in earum ulteriori cursu usus sum dnis pceptoribus fidelissis d.Joh.Krmanno et Sam.Barthossovicio Prividiae,M.Isaaco Lani et Geor.Clementis Banovicii ac insuper Tobia

Benedicti, Geor, Wirsingero in Valle Dnor, Mart. Spetkio Žernoviae. Tandem divina sic disponente providentia primum in cantorem, brevi post in rectorem scholae ejusd Žernovien communib ecclae suffragiis evocatus, exinde annuentia tum tpris magratus, illmae comitissae Annae Czobor cum consensu ecclae Bajmoczie ursae per d.Tob.Benedicti, fidelissum ejusd antistitem in moderatorem ludi lrarii vocaoe legitima praevia translatus: nunc postremum in diaconum plibatae Bajmoczen ecclae praeeunte item honesta vocaoe inauguratus per impositionem manuum cl.d.Nic.Martini sptdtis, Joh.Krmanni notarii, Nic.Barossi senioris, Andreae Rajthinÿ, Joannis Spilkini et Nic.Marci d.2.sept.1637. Subscribo Formulae concordiae corde et calamo.

27.

Ego Mich.Lazius Georgio Lazio et Dorothea Huttoniana parentibus honestus Banovicii sum natus, aqua et spru s.renatus, lris hniorib imbutus, sub ferula tum alior, tum M.Eliae Ursini Germani fundamenta artium jeci, deinde ad mercaturam optimar artium ad exteros profectus in Bohemia aliquot aos exegi. Hinc Germaniam adii, ibiq Lipsiae, postea Vittebergae studior caa triennium commoratus, uberioris eruditionis comparandae caa: illinc in Bohemiam redii et scholis praefui. Deniq communi illa exilii clade involutum in patriam reducem me fecit Deus, ubi in pago Okolicsna juventutem docui: hinc Varallium in Scepusium evocatus regimen scholae suscepi. Postea illmo comiti Steph.Bethlen t.t.gubernatori Transylvaniae meam operam in instituendo privigno Franc.Redei addixi. Hac provincia perfunctus Leutschoviae substiti aliquantisper, ubi d.Caspari Szunyogh literis accitus in praedio ejus Radola ad Kiszutzam aliquot annos privatim vitam agens, operis philosophicis magna contentione animi incubui. Postremum ad mrium s. a patronis ecclae Kameniczen pter spem vocaoem suscepi, quam amicor consilio, judicio et cohortaoe divinam interpretatus sum, colophonem vitae laudabilem impositurus totum me divino offo consecravi. Quod felix faustumq jubeat archipoimon Jesus Christus! Sacris initiatus sum Neopoli ad Vagum 20.jan.1638 administrantibus s.ritus per chirothesiam a.r.d.Nic.Martini sptdte gravisso, r.d.Joh.Krmanno notario cont.dignisso, r.d.Andr.Fabri decano meritisso, r.d.Nic.Hrabovszky r.d.Andr.Rajthini. Subscribo ex animo Form.Concordiae.

28.

